

Imperator 96. diff. & cap. solita, sup. de maior. & obed. Quinimmo hoc vendicat sibi locum etiam tales emiserint votum ingrediendi religionem, ut notat Inoc. in cap. Porrecedit, num. 3. vers. Nec sunt ista persone de foro Ecclesie, & supra eod. Unde non mirum si Concilium noluit legem dicere illorum renunciationibus, sed novitiorum dumtaxat, alioquin præbisset ansam Principibus, & Magistratibus secularibus conquerendi, quod poluisset falce in messum alienam, contra d. c. Cum ad verum, & notata per Innoc. in cap. Perrenerabilem, num. 3. inf. qui filij sunt legitimi, quodque Episcopis potestatem dedisset interponendi licentiam, & auctoritatem in contra dictibus merè profanis personarum secularium, quæ in his jurisdictioni Ecclesiasticæ non sunt subiectæ, cap. Si clericus laicum, supra de foro compet. & docet idem Innoc. in cap. Inquisitioni, vers. Item si præcipiat laico, num. 4. inf. de sent. excomm. Rursus non obstat quod lex etiam exorbitans, & penalis extendatur ad casus similes, & habentes eandem rationem, & quoties nisi fuerit extenso redderet elusoria, juxta Theoricam Navarri: nam respondetur negando hanc similitudinem, & identitatem rationis inter novitios, & alios, qui nondum susceperunt habitum, imò valde differunt, ut supra proximè ostensum est. Ec cum in decreto Concilii, sive speciemus verba, sive mentem, non includatur nisi novitii, utique qui nondum est novitius, renunciando, seu donando servata forma juris communis Concilium non frustrat, cum faciat actum sibi à jure permisum, arg. cap. Qui peccat, 23. q. 4. l. Quod Resp. l. Inimicis, & l. Inimicorum actio, §. si qui inter, ff. de iniurijs, nec renunciaciones puerorum, vel puellarum factæ ante habitus receptione propterea remanent sine sua provisione; quando quidem hic casus tantquam omisus à Concilio remanet in dispositione juris communis, l. Commodissime, ff. de liber. & posthum. à quo satis cautum est ut donationes hujusmodi causa non sequuta non fortiantur effectum, ut abundè ostensum est supra n. 29. & seqq.

Tandem hanc sententiam contra Navarri, & prius procedit S. Congreg. Concilii. Aliquando enim conf. d. c. 16. sess. 25. de regular. sibi locum non vendicare in donationibus factis ante susceptum habitum probationis; sicuti etiam reperitur adnotatum in calc. prædictorum conf. Navarri 81. & 82. & alias consula. An illud c. comprehendat renunciaciones factas ante ingressum, illius tamen contemplatione, respondit non comprehendere renunciaciones factas ante ingressum, hoc est ante habitus susceptionem. Quinimmo præsuppositis duabus Congregationis declarationibus super d. c. 16. Altera quod ibi minimè infringantur renunciaciones factæ ante ingressum religionis; Altera quod ex eo decreto renunciaciones factæ in ipso ingressu non valeant: Quæsitum est, An cum Clarix Buccapadulia renunciaverit bonis tam paternis, quam maternis ead. die, qua ingressa fuit monasterium, prædicta ejus renunciatio sufficiat, an nova requiratur ante professionem, juxta formam à Concilio præscriptam. Die 22. Junii 1613. Congregatio censuit decretum d. cap. 16. non licere sibi locum in renunciacionibus factis ante ingressum, seu momentum susceptionis habitus, nec ex eo decreto supra scriptam renunciaciones esse nullam, & quæ sit valida sit donatio

facta à Novitio in favorem monasterii cum licentia Episcopi, vel ejus Vicarii infra duos menses proximos ante professionem; numquid monasterio statim liceat apprehendere actualem professionem bonorum sibi, ut præfertur, donatorum.

48 Breviter respondeo non licere, nam et si donatorum rerum donatarum transeat in Ecclesiam, vel monasterium etiam sine traditione possessionis, l. Vt inter divinum, c. de Sacrosanct. Eccles. & notat Calder. conf. 27. post med. vers. Si vero causa, de regular. Tamen decreto Concilii Tridentini in prædicto c. 16. sess. 25. de regular. in vers. Sed neque distorsio verbi interdicitur ne ante professionem excepto victu, & vestitu Novitii, vel Novitiæ illius temporis, quo in probatione est, quocunque prætextu à parentibus, vel propinquis, aut Curatoribus ejus monasterio aliquid ex bonis ejusdem tributur, ne hac occasione discedere nequeat, quòd totam, vel majorem partem substantiæ suæ monasterium possideat, nec facile si discesserit, id recuperare possit; immo præcipitur sub anathematis pena dantibus & recipientibus, ne hoc ullo modo fiat, & ut abeuntibus ante professionem omnia relictantur, quæ sua erant.

49 Quo decreto cum prohibitum sit Monialibus accipere dotes puellarum ante earum professionem; & idemque ex decisione S. Congregationis procedat etiam si accipiant sub nomine depositi, seu præstita cautione de illis relictendis, professionem non sequuta: Quæsitum est, An etiam prohibitum intelligatur ne hujusmodi dotes realiter deponantur penes tertium, qui eas monasterio debeat dare post professionem emissam, S. Congregatio censuit non intelligi prohibitum, & ita latis cautum esse monasterio.

53 Hinc orta dubitatione, An cautela adinventæ à Monialibus Civitatè Alexandriæ, ut quando aliqua puella monasterium ingreditur depositum dotis prius fiat, & deinde omne id, quod in depositum recipitur, totum depositarius ipsi monasterio ante professionem consignet, sit contra dispositionem Concilii Tridentini cap. 16. sess. 25. de reg. vers. Neque ante professionem: S. Congregatio censuit decretum Concilii d. cap. 16. non prohibuisse quidem hujusmodi depositum; sed quod pecunie sic depositæ dentur monasterio directè, vel indirectè, & in spem modo hic descripto, videri omnino prohibuisse. Et licet aliàs S. Congregatio in casu Neapolitano visa fuisset sentire posse dari, præstita idonea cautione bancaria; tamen nunc censuit non scribendum bancaria; sed secundum illam sententiam, sed secundum illam posteriorem, ut nullo modo detur Monasterio, nec cum deposito, nec sine.

54 Quinimmo cum moniales quædam Mediolanen-pauperes ære alieno contracto, quotidie ad solutionem etiam per censuras urgerentur, supplicarunt Sanctissimo ut eis liceret accipere tres dotes ab ingredientibus mulieribus, etiam ante professionem, ut æs alienum dissolvere possent: Sacer. Congr. censuit ob stare Concilium, et si detur cautio bancaria, ideoque agendum cum Sanctissimo Sanctitas sua jusse scribi litteras Card. S. Præcedis, quod si verum est istud debitum contractum esse pro necessitate alimentorum, & quod non possint aliumde satisfacere, & ob id molestentur censuris: permittat eas accipere dotes ante professionem præstita per eam idonea si de justione de restituen-

do successerint ante professionem.

55 Quamquam autem Concilii verba videantur restricta ad bona ipsius Novitii; tamen proposito dubio, An quod disponitur c. 16. sess. 25. de regular. ne de bonis puellæ aliquid monasterio ante professionem tributur sub pœna anathematis, habeat locum etiam si aliquid tributur non ex puellæ propriis bonis, sed parentum, vel consanguineorum S. Congreg. cens. habere locum.

56 Et iterum suborto dubio, An si Novitius sit sui juris, & non habeat parentes, possit in ingressu religionis, præter victum aliquid donare religioni amore Dei. Censuit, non posse ex verbis expressis d. cap. 16.

57 Sed cum Livia monasterium Monialium ingressa in anno probationis dare vellet scuta centum monasterio in rationem census super monasterii bonis nomine ipsius Liviæ per Moniales postea convertenda in dotem illius postquam emisset professionem, & dubitasset an hic casus esset comprehensus decreto d. cap. 16. vers. Sed neque ante professionem: Responsum est, non esse comprehenditum, aut prohibitum, d. decreto c. 16.

Insuper quærentibus, An pacta, seu conventiones, quibus Moniales aliquam pecunie summam petunt à parentibus novitiæ convivii causa dum Novitiæ habitum suscipit, vel proficitur, sint sub lata, cap. 16. vers. Sed neque, sess. 25. de regul. Sac. Congregatio cens. Decretum, cap. 16. ad hunc casum non pertinere. Sed id prohiberi Constitutione Urbani IV. quæ incipit Sanè. Cæterum quia ex consuetudine Mediolanensi recepta, & à bon. mem. Cardinali S. Præcedis tolerata passim hujusmodi convivii exhibentur, consultus patuit nihil responderi. Constitutio Urbani habetur in Extravag. Sanè, de Simon. Cæterum furentiam excommunicationis de qua in d. cap. 16. sess. 25. de reg. S. Congregatio declaravit non incurri ipso facto, nec esse reservatam Papæ. Quomobrem cum quædam Moniales dotes accepissent à virginibus nondum professis, & Episcopus consulisset quid sibi esset agendum: S. Congreg. censuit eas non incidisse in excommunicationem ipso jure; quando enim à jure præcipitur aliquid sub pœna excommunicationis, contrafaciens non incidit ipso jure in excommunicationem, Sum. Ang. in ver. Excommunicatio, c. num. 3. tamen quia possent excommunicari, poterit eas Ordinarius absolvere, quia non reservatur Sedi Apostolicæ. Agendum tamen cum Sanctissimo. Sanctitas absolvit à peccato ne possint excommunicari, & dixit scribendum Episcopo ut prohibeat istos abusus.

60 Quid de mulieribus Convertitis? Cum Congregatio Domus Pia vellet recipere aliquas mulieres in monasterio, dubitatum fuit An possint exigere dotes in susceptione habitus non obstante prohibitione, cap. 16. sess. 25. de reg. vers. Sed neque ante professionem, quæ non videtur extendi ad d. Donum, cum ea potius sit comprehensa sub exceptione c. 18. eiusdem sess. in fine, dum excipit Pœnitentes, & Convertitas: S. Congregatio visa esse inclinare in hanc sententiam, ut limitatio c. 18. non extendatur ad disposita in c. 16. tamen propter verba generalia d. c. 18. referendum ad Generalem. In Congregatione Generali est dubitatum ne nõ generalia verba d. cap. 18. comprehendant etiam cap. 16. Ideo dictum pro tutori via supplicandum Sanctissimo, ut dispenset, & dicendum an velit

tollere annum probationis: Sanctitas sua visa inclinare in illam sententiam ut ista Domus Pia non comprehendatur verbis c. 18. præsertim cum habeat annum probationis, ideo comprehendi sub dispositione c. 16. tamen gratiam facit pro istis, ut ante professionem accipere possint, non obstante d. c. 16. nec vult auferre annum probationis, cum illum habeant in fundatione de hac materia vide quod scripsi in cap. Ad Apostolicam, num. 30. supra eodem.

DE REGVLARIBVS.
Cap. Ne Religiosi.
S V M M A R I V M.

- 1 Religiosi fugitivi, & eiectionis amantissimi sunt requirendi, & cogendi ut ad monasterium redeant.
- 2 Prælati Regulares non revocantes ad ordinem quotannis suos eiectiones, & fugitivos, mortaliter peccant.
- 3 Disinclinatio peccatorum in Prælato, est mortale.
- 4 Opinio quorundam recentiorum, qui dixerunt hoc capitulum fuisse consuetudine abrogatum, refellitur.
- 5 Curam animarum habentes tenentur iure divino oves suas agnoscere, & illarum custodia incumbere, & num. seqq.
- 6 Religiosi ab ordine eiectionis etiam iuste, remanent sub Prælatorum Regularium, & votis ligati.
- 7 Consuetudo secundum quam Prælati Regulares non revocant ad monasterium suos eiectiones, & fugitivos, est nutritiva peccati.
- 8 Abbas debet colligere Monachum suum ne damnabitur evagetur, & pereat.
- 9 Religiosi eiectionis quamdiu ad cor non redeunt, sunt in malo statu, & tenentur suam reductionem procurare, vel non requirantur.
- 10 Papa non dispensat cum religiosis iuste eiectionis ab ordine, ut Mission celebrent in saculo.
- 11 Papa non facit de Monacho non Monachum, nisi ex gravissima causa.
- 12 Consuetudo nutritiva peccati est corruptela.
- 13 Religiosus fugitivus quis dicatur, & quis eiectionis, & num. seq.
- 14 Apostata dicitur religiosus eo ipso, quod recedit à monasterio, & non est sub obedientia Prælati.
- 15 Præsidentes Capitulis possunt excommunicari, & facere excommunicatos denunciari ab Ecclesiarum Prælatibus.
- 16 Prælati regulares etiam immediatè, ut Abbates, & Priores locales tenentur quotannis reducere ad monasterium suos fugitivos, & eiectiones.
- 17 Religiosi etiam iuste, & affinitate eiectionis sunt amantissimi requirendi, & cogendi ad monasterium redeo, & late refellitur contraria opinio usque ad num. 36.
- 18 Prælati qui religiosos ab ordine iniuste eiectionis sunt spoliatores, & in mora restituendi, sicut sur, & num. seq.
- 19 Spoliatus iniuste seu iuri ordine non servato illud est restituendus.
- 20 Religiosus indebitè eiectionis impie à Prælati regularium

de
venit
ante ad.
ac propter
ciacionem noi.

- 112 *bus denegantur alimenta.*
- 21 Religiosi eiectionis & fugitivi quomodo sint ad ordinem recipiendi si regula contradicat.
- 22 Disciplina Monachi delinquentis in quibus gradibus consistat secundum regulam S. Benedicti.
- 23 Monachus expulsus secundum regulam Sancti Benedicti ultra tertiam vicem non recipitur tamquam incorrigibilis.
- 24 Verba salva ordinis disciplina, quid importent.
- 25 Damnum non debet quis inde sustinere unde meruit gratiam reportare.
- 26 Scandalum in recipiendis religiosis eiectionis qualiter consideretur.
- 27 Iustitia propter scandalum non est deservenda.
- 28 Religiosi fugitivi, & eiectionis, ubi ex regula recipi non debent in quo loco sint ponendi.
- 29 Regularibus indebitis eiectionis, & spoliatis nullam criminem obijci potest, sed ante omnia sunt restituendi.
- 30 Ergastulorum poena regularibus quando imponatur.
- 31 Referuntur auctores qui dixerunt hoc cap. esse intelligendum de eiectionis iniuste.
- 32 Eorum opinio reprobat in decreto de Apostat. & eiectionis.
- 33 Regularibus perpetuo eiectionis ab ordinibus iudicata non suffragatur.
- 34 Inferiores a Papa non possunt facere de Monacho non Monachum.
- 35 Depositione solvitur spirituale coniugium inter Praelatum, & Ecclesiam.
- 36 Regulares etiam incorrigibiles ex decreto Congregationis Concilij edito sub Pio IV. prohibentur eiectionis a monasterio, Discuritur an expediat huiusmodi decretum confirmare ibidem, & num. seq. usque in fin.
- 37 Regularium incorrigibilium eiectionis de iure eorum permissa est a societate, & consortio non autem ab ordine, & num. seq.
- 38 Regularis proprietarius an possit eiectionis a monasterio.
- 39 Regularium incorrigibilium eiectionis quibus rationibus probetur esse necessaria, & num. 44.
- 40 Regula S. Augustini de eiectionis incorrigibilium qualiter sit intelligenda, & num. 46.
- 41 Regulares incorrigibiles cur mittantur a monasterio eiectionis quam apostat. are, & num. 48.
- 42 Regularium expulsio qua damnata ecclesiae, & religionibus asserat, & num. 49.
- 43 Regula Sancti Benedicti, & Sancti Basilij de Monachis incorrigibilibus ab ordine eiectionis, & num. 45.
- 44 Regulares incorrigibiles diuturno carcere intra claustra puniri quam ex se sit religionibus.
- 45 Expulsio causa gravissima est, & quibus committenda.
- 46 De expulsiore regularium ac ordine quid senserint S. Thom. & S. Bonaventura.
- 47 Regulares incorrigibiles an expediat intra claustra coercere, an vero a monasterio expellere.
- 48 Congregationis Episcoporum, & Regularium, & Congregationis Concilij decreta de regularibus ab ordine non eiectionis.
- 49 Ostracismus laudatur a Xenophonte.
- 50 Ergastulorum remedium ad coercendos Monachos incorrigibiles periculosum.
- 51 Expulsi non prebeant regularibus ansum faciendi se inobedientes, ut ad seculum revertantur.

- 57 Decreta Clementis VIII. ad regularium reformationem an sint immoranda.
- 58 Novitij an de cetero sint examinandi ab ordinarijs locorum ad prescriptum Decreti Clementis VIII.
- 59 Incorrigibilis quando quis censetur ad hoc ut expelli possit a religione.
- 60 Generali an & quibus adhibitis sit tribuenda facultas eiectionis incorrigibilis.
- 61 Coniudices in causa expulsiois a qua sint deputandi.
- 62 Regularibus eiectionis an & qualis ratio prescribenda sit vivendi in saeculo, & num. 66.
- 63 Regulares incorrigibiles quamdiu in carcere sint detinendi priusquam eiectionis ab ordine.
- 64 Littera testimoniales eiectionis non concedenda a superioribus regularibus.
- 65 Eiectionis sint perpetuo suspensi ab executione ordinum.
- 66 Dispenatio cum religiosis eiectionis an sit locorum ordinarijs prohibenda.
- 67 Regulares delinquentes an sint puniendi poena trimerum ad tempus.
- 68 Carcer privatus inflictuendus a religionibus in qualibet saltem provincia.
- 69 Regulares iuste per sententiam diffinitivam eiectionis an sint per superiores quotannis requirendi ut redeant ad religionem.
- 70 Transitus ad arctiorem religionem qualiter sit permitendus.
- 71 Apostatus infra certum tempus ad religionem redeuntibus an sit concedenda impunitas.

NE RELIGIOSI. Religiosi fugitivi, & eiectionis annuatim sunt requirendi, & cogendi ut ad monasterium revertantur. Hoc dicit. Sunt duae partes. In prima ponitur Constitutiois causa. In secunda Constitutio, ibi, Statuimus, ubi duo facit. Primò providet circa fugitivos, & eiectionis obedire paratos. Secundò circa inobedientes, ibi, Si vero.

2 Nota primò, & signa textum notabilem contra Praelatos regulares, qui quotannis non revocant ad religionem suos eiectionis, & fugitivos, peccant enim mortaliter, & satis clarè probat littera ibi, ne sanguis eorum de Praelatorum manibus requiratur. His enim verbis uti non conlueverunt sacri Canones, nisi in materia quae in suo genere obligat ad culpam lethalem, ut in cap. Irrefragabili, supra de offic. ordin. ubi gloss. in verb. Sanguinem eorum. Dicit durum verbum est istud, pro Praelatis negligentibus subditos suos corrigere. Et idem dicit hic Butr. in 2. notab. Dissimulatio enim peccatorum in Praelato est mortale, cap. Novit, & ibi notat Butr. num. 27. vers. Nota dissimulationem peccatorum, & Anchar. num. 12. supra de iudic. litem verbis utitur Concilium Tridentinum in c. 1. sess. 6. circa residentiam Pastorum, quae obligat sub reatu mortalis peccati, ut in cap. 1. sess. 23.

4 Atque hinc patet quam male nonnulli ex recentioribus dixerint totum hoc capitulum cum sit iuris humani consuetudine abrogatum fuisse, cum religionum Praefecti religiosis eiectionis ansum nullatenus perquirant nec reducant. Et propterea non teneri Praelatos querere, nec revocare eiectionis, nec fugitivos, sed servanda esse quoad hoc statuta Religionum. Quibus adhaeret Thom. Sanchez, in Decal. tom. 2. lib. 6. cap. 9. num. 18. post Azor.

Azor. quem citat tom. 1. Insi. Mor. al. lib. 12. c. 17. g. 5. Iino enim haec obligatio in Praelatis surgit ex iure divino, quo tenentur omnes, quibus animarum cura commissa est oves suas agnoscere, & earum custo die incumbere, ut Ezechiel. 3. Act. 20. cap. Ephesus, 43. dist. cop. 1. 13. q. 1. Concil. Trid. loci citatus. Neque enim eiectionis ab ordine etiam iuste, & definitivè desinunt esse subditi Praelatorum Regularium. Imò manent ejnsdem veri Ordinis Religiosi, & votis ligati, sicut vice versa Superiores Regulares remanent illorum Praelati, & Pastores, ut patet ex tota serie hujus Decretalis; praesertim ponderando illam rationem, Ne sanguis eorum, &c. Et illud verbum Religiosi. Item verbum Praelatorum. Item verba illa in monasterijs suis, nec non illa, Abbates, seu Priores eorum, & tradunt Navarr. comment. 2. de Regular. num. 34. 35. & 36. & comment. 3. num. 46. C. in Reg. Sancti. Franc. cap. 2. quest. 21. sess. 3. Molin. dist. 140. vers. Quando vero, & vers. Quoad votum. Valquez in 1. 2. quest. 96. art. 4. dist. 165. num. 87. & Suarez tom. 5. dist. 21. sect. 3. Nihil tamen magis exaggerant sacrae litterae, canones, & concilia, quam ut Praelati subditos suos corrigant, & more mercenariorum non deserant; Ita ut propterea Superioribus Regularibus negligentibus suos subditos eiectionis ad monasterium reducere optimè congruant in specie verba Concilii Tridentini, in cap. 1. in fin. sess. 24. Videlicet: (Illorum sanguinem, qui ex malo negligentium, & Ignorantia immemororum Pastorum peribunt, Dominus nollet Jesus Christus de manibus eorum esse requiriturus.) Et de Praelatis regularibus est textus hic, & in cap. Cum ad monasterium, §. Penult. in fine de stat. Monach. Unde bene Hostien. hic in princ. adnotavit Abbatem teneri de sanguine Monachi vagabundi, sicut & alii Praelati subditorum correctionem negligent, ut in cap. 1. de offi. Archid. cum concordant.

7 Quamobrem consuetudo secundum quam Praelati negligent revocare ad monasterium suos subditos fugitivos, & eiectionis est nutritiva peccati tam ex parte ipsorum Praelatorum, ut ostensum est supra, quam ex parte subditorum, ut patet ex littera textus ibi: Vagandi occasione habentes, salutis propriae detrimentum incurrant. Per quam litteram dicit glossa in cap. un. in ver. Languidus, in fine de insauit. expos. Abbatem debere recolligere Monachum suum, ne damnaviter evageur, & pereat. Eiectionis enim utpote incorrigibiles, quamdiu stat per eos quin se corrigant, & redeant ad cor, sunt in malo statu; & ideo tenentur se habiles reddere, & procurare suam reductionem ad monasterium, etiam si ab eorum Praelatis non requirantur. Ita Sot. de iust. & iur. lib. 7. qu. 2. art. 5. in sol. ad 3. in fin. Card. in Reg. S. Franc. c. 2. qu. 21. pun. 3. & latè deducit Sanch. in Decal. tom. 2. lib. 6. c. 9. num. 25. 27. & 30.

10 Ac propterea saepius dictum in Congregationibus tum Concilij, tum Episcoporum, & Regular. Ecclesiam non posse dispensare cum Religiosis iuste eiectionis ab ordine, ut Missam celebrant in saeculo, quia repugnat jus divinum ut sic impenitentes accedant ad Sacram Eucharistiam, ut 1. ad Corinth. 2. cap. Timorem, & c. Sicut Iudas, de consec. dist. 2. & diffinitum est a Concil. Trid. in Decr. de Sacram. Euchar. cap. 7. & can. ult. Et ut quamvis Papa secundum plenitudinem suae potestatis possit de Monacho efficere non Monachum

secundum Vincent. & Joan. tamen ad hoc non est causa sufficiens ipsa expulsio ab ordine propter crimina perpetrata, sed requiritur causa publica, & gravissima secundum Innoc. in cap. Cum ad monasterium, in fine de stat. Monach. num. 4. vers. Quod enim si tota Christianitas, vel etiam aliqua pars eius esset in periculo; Cum quo transeunt ibi Hostien. num. 32. Joann. Andr. num. 29. Abb. num. 21. & reliqui omnes. Unde nobis suggerentibus in Decretis de Regular. apost. & eiectionis. appositum fuit illud caput, ut eiectionis extra Religionem degentes sint perpetuo suspensi ab exercitio ordinum. Praedicta igitur consuetudo secundum quam Religiosi expulsi non redeuntur, ut nutritiva peccati, & non consuetudo, sed potius corruptela dicenda est. cap. fin. sup. de consuet. cap. Flagitiosus, 329. 7. cum multis similibus. Nec dicatur licere morbosas oves non tantum delerere, sed etiam ab ovili expellere, ne sanas inficiant. Quoniam solutio patet ex his, quae dicemus infra, num. 37.

13 Secundò nota differentiam inter Religiosos fugitivos, & eiectionis. Dicitur autem fugitivus, qui extra monasterium moratur, ut se celet Abbatij, etiam si postea poenitentia ductus redeat ad monasterium, ut l. Quid si fugitivus, ff. de edil. edict. ut not. hic Joan. Andr. num. 2. in ver. Fugitivus. Butr. num. 5. Card. & Abb. amb. num. 2. Eo enim ipso quòd Religiosus recedit a Monasterio, & non est sub obedientia Praelati, dicitur Apostata, ut not. Innoc. in cap. fin. de rem. & Abb. d. n. 2. Eiectionis vero dicitur, qui a suo superiore coactus est exire, ut per Jo. Andr. & alios praelleg.

15 Tertio nota, ibi, Excommunicent, Praesidentes Capitulis celebrandis, de quibus in cep. in singulari, in fine de stat. Monachor. habere potestatem excommunicandi Abbates, & alios inferiores totius ordinis, & faciendi excommunicatos denunciant ab Ecclesiarum Praelatis, prout hic not. Hostien. num. 10. circa fin. in ver. Excommunicent, Jo. Andr. in eod. ver. num. 5. Card. num. 4. & Abb. in 2. notab. Non tamen per hoc admittitur potestas Ordinariis, cap. Quanto de off. ordin. & d. cap. in singulari, §. Porro, secundum Jo. Andr. & Anchar. num. 67. in 6. notab.

16 Quarto nota hanc obligationem revocandi eiectionis, & fugitivos, & inobedientes excommunicandi, & denunciari faciendi incumbere non tantum his, qui Capitulis praesident, & Abbatibus generalibus, seu Capitibus ordinum, sed etiam Abbatibus, & Prioribus localibus, seu immediatis monasteriorum Praelatis juxta tex. in c. fin. §. fin. de stat. Monach. quod patet ex hac littera, ibi, seu Patres Abbates, seu Priores. Et not. hic Host. in princ. in eod. ver. Patres Abbates, Card. n. 9. in 6. q. Abb. in 3. & ult. not. Archid. in c. Abbates, num. 4. 18. q. 2. & ibi etiam Bellam. num. 2. & Sylvest. in ver. Apostata, q. 6. n. 10.

17 Ultimo nota singulariter Religiosos etiam iuste, & per sententiam diffinitivam eiectionis ab ordine esse annuatim a Praelatis Regularibus requirendos ad monasterium redire: quod multiplicitèr iudicio meo deduci potest ex hac Decretali.

18 Et primò si hic ageretur de Religiosis eiectionis iniuste, aut juris ordine non servato, ut multi putant, non praecipere Praelatis, ut illos requirent annuatim, sed potius ut statim ad Religionem reducerent, quia Praelati sic eiectionis sunt 19 spoliatores; iniuste autem spoliatus, aut juris ordine

ne non servato, non annuatim, sed illico est restituendus, cap. Conquerente, de restit. spoliat. cap. Venerabili, de off. deleg. glo. l. in sum. 3. q. 1. & Quando Prælati spolium non purgant, & indebitè expulsi non redintegant, sunt semper in mora restituendi sicut fur, l. si pro fure, §. penult. ff. de condit. fur. glo. l. in reg. Mora, de regul. iur. in 6. Et sic semper peccant, arg. cap. Sires aliena, l. 4. q. 6. glo. in cap. Nisi cum pridem, §. Propter conscientiam, in ver. Sed dumtaxat, supra de renanc. Impiè enim religiosi indebitè expulsi denegant alimenta, ut inquit glo. in cap. unie. in verb. Languidus, in fr. de Infant. expos. Et post Archid. Sylvest. in ver. Apostasia in 6. quest.

20 Secundo hic statuitur, ut sic eiectioni in monasteriis suis recipi possint secundum ordinem regularem, Abbates, seu Priores eorum compellantur eos recipere. Quod si hoc regularis ordo non patitur, apud eadem monasteria ponantur in locis competentibus, vel in aliis religiosiis domibus. Quæro quid importent illa verba secundum ordinem regularem; & illa, quod si hoc regularis ordo non patitur, Abb. Antiqua. 2. in verb. Secundum ordinem dicit, quia si ordo haberet ex sua Constitutione, ut quicumque ter exiverit amplius non admittatur, ut est in Ordine S. Benedicti, amplius non admittetur. Et hoc idem innot in similibus quod fufius explicat Hostien. num. 5. in ver. Disciplina, dicens: secundum regulam S. Benedicti disciplinam Monachi delinquentis consistere in septem gradibus Primus est secreta admonitio. Secundus est publica correctio. Tertius est simplex, seu minor excommunicatio. Quartus jejuniis afflictio. Quintus, si dignus sit, flagellorum vapulatio. Sextus ad Deum pro ipso oratio. Septimus de monasterio expulsi. Et eliciuntur hi gradus ex duobus capitulis regulæ, scilicet ex 23. de excommunicatione culpæ, & ex 28. de his qui sapius corripiti fratres exco. de monasterio; præsumitur enim postea incorrigibilis. Unde sicut clericus secularis quando incorrigibilis est omni privilegio denudatur, & potestati traditur sæculari, cap. Cum non ab homine, de iudic. sic & Monachus ex quo ter reconciliatus non corrigitur est de monasterio perpetuè eiciendus. Dum ergo hic dicitur, ut eiectioni ponantur in locis competentibus, vel in aliis religiosiis domibus, si regularis ordo non patitur ut recipiantur apud eadem monasteria. Hostien. num. 8. exemplificat, puta, quia ter exivit, & ter reconciliatus fuit, ut in reg. prædicta. Prima enim vice recipitur ultimus in choro, sic secundò, sic tertio. Ultra verò fecit sibi postea omnem reverentiam aditum denegari, ut ibidem dicitur, & not. in cap. Cum in Ecclesia, §. in ver. Precipientes, supra de maior. & obed. & sequuntur hic Jo. Andr. num. 4. Butr. num. 9. Cardin. num. 1. in 3. notab. Anchar. num. 5. & 8. Henric. Boich. in fin. idem tenet Archid. in cap. Abbates, num. 6. & 2. post eum Bellam, ibidem num. 4. & Sylvest. in ver. Apostasia, in 7. quest. Et consequenter loquitur hæc decretalis de religiosiis eiectionibus, non tantum iustè, sed etiam perpetuè & diffinitivè. Hos enim tantummodo regularis ordo non

patitur recipi ad eadem monasteria. Et propterea cum mysterio dicit text. [Auctoritate nostra provident Abbates, seu Priores ut sic eiectioni ponantur in locis competentibus, &c.] Prælati enim regulares contra præscriptum regulæ nullatenus poterant auctoritate propria eos admittere post trinam reconciliationem; & idè jubentur hoc facere auctoritate Apostolica: Indebitè autem expulsi nullus ordin regularis vetat recipi; Quin imò Superiores qui indebitè religiosi habitu, & loco spoliati tenentur ex iustitia illos redintegrare, ut dictum est supra in prima consideratione n. 18. Expulsi autem iustè, & non perpetuè regularia ipsa S. Benedicti jubet recipi usque ad tertiam vicem, nec in talibus recipiendis est opus auctoritate Apostolica. Superè igitur ut text. loquatur tantummodo de expulsi iustè, & diffinitivè. Quæ consideratio in fallor valde urget.

24 Tertio Abbates, seu Priores tenentur recipere eiectiones salva ordinis disciplina, id est imposita illis pœnitentia, secundum quod regula illius ordinis requirit, & præcipit, ut exponit glo. in ver. Ordinis disciplina. At nulla regula præcipit ut imponatur pœnitentia indebitè eiectionibus; Imò tales sunt gratiosè excipiendi & bene tractandi in compensationem damni, & injuriæ eis illate: non enim damnum debet quis inde sustinere unde meruit gratiam reportare, c. Pervenit, de fidei iur. c. Sane, de renunc. glo. 2. in c. Veniens eod. tit.

26 Quarto hic præcipitur, ut eiectioni qui secundum ordinem regularem recipi nò possunt in suis monasteriis ponantur in locis competentibus apud eadem monasteria absque gravi scandalo fieri possit. Hoc autem scandalum Host. intelligit num. 9. fortè quia eiectiones tot, & tanta commisit, ut fratres dicant committere de monasterio exitum, si ille revertatur. Subdens quandoque se ita vidisse de facto. Cujus dictum refertur, & sequuntur Jo. Andr. num. 4. in ver. Gravi scandalo. Butr. num. 10. Anchar. num. 6. & alij communiter. Et sic Doctores intelligunt hanc litteram in eiectionibus iustè, & culpa eorum ita exigente, ut dicit Abb. num. 2. Alias enim quale scandalum esse posset, ut indebitè eiectiones reduceretur ad suum monasterium? Quin potius scandalum esset si non reduceretur.

27 Præterea injustè eiectioni & spoliatio salva iustitia denegari non potest restitutio, & reductio ad suum monasterium, ut prædictum num. 18. Licet alij ex tali reductioe scandalizarentur, quia utilius est scandalum nasci, quam ut veritas relinquatur, c. Qui scandalizaverit, in fr. de reg. iur. Veritas namque iustitiæ propter scandalum nunquam deferenda est, ut in cap. Nisi cum pridem, de renunciat. not. glo. in ver. Distinguendum, Innoc. in eod. ver. num. 6. Jo. Andr. num. 19. Butr. num. 22. & Anchar. num. 7. Hoc enim est scandalum Pharisæorum à quo non est cavendum, ut Matth. 15. S. Thom. in 2. 2. q. 43. art. 2. penult. & ubi. Navarr. conf. 9. num. 11. de his qui viti. Quod ergo hic dicitur de scandalo, verificari non potest nisi in religiosiis expulsi, iustitia exigente.

28 Quintò, & ultimo aliis ommissis statuitur hic, ut religiosi eiectionis vitæ necessaria misissentur in locis competentibus ejusdem, vel alterius ordinis ad agenda ibi pœnitentiam. Innocen. explicat verba illa, in locis competentibus, id est non cum aliis Monachis, sed forte ad servendum, vel alio modo, Host. verò num. 9. exponit, competentibus puta

præaliquibus ergastulis, seu camerulis, fortioribus tamen ne inde exire valeant. Simile in c. Tuo, in fr. de par. c. Viduas, il primo, c. Impudicas, & c. Perrenit, 27. q. 1. Et cum Host. transeunt Jo. Andr. n. 4. Butr. n. 10. Card. n. 2. §. 8. Anch. n. 6. Henric. Boich. n. 7. & Abb. n. in fin. Idem dicit Archid. in d. c. Abbates, num. 7. & ibi etiam Bellam. num. 1. in fin. D. Antonin. in 3. part. tit. 16. cap. 5. §. 2. Sylvest. in ver. Apostasia, q. 7. num. 10. Manifestum est autem hanc pœnam reclusionis in ergastulis, & arctis locis convenire tantummodo religiosiis ex iusta causa eiectionis, non autem eiectionis indebitè, aut nulliter. Quod non obscure sentit Abb. hic num. 2. dum dicit eiectionem esse, qui à suo Superiore fuit expulsi à monasterio culpa sua forte exigente. Sed apertius hoc tenet Host. & alij præleg. num. 23. dum intelligunt litteram de his qui ultra tertiam vicem non sunt recipiendi. Nec obstat si dicatur quavis eiectioni non tam graviter deliquerint, ut mererent expelli ab ordine, forte tamen alia crimina commiserunt, propter quæ veniant recludendi in ergastulis. Quoniam respondetur religiosiis indebitè eiectionibus, & sic spoliatis nullum crimen obijci posse à spoliatore, vel generaliter à quovis alio, cum ante omnia sint restituti, sicut quilibet spoliatus, cap. Episcopis, & ibi glo. penult. 3. quest. 1. cap. Venerabilis, de off. deleg. cap. Frequens, de restit. spoliat. lib. 6. cum multis similibus. Sive igitur in iustè eiectioni sint aliis criminosi, sive non, numquam in eis verificari potest hæc littera ut recipiantur in ergastulis ad agenda pœnitentiam, cum prius debeat præcedere restitutio, & purgatio spolii.

30 Præterquam quod hæc pœna reclusionis in ergastulis proprie imponitur Religiosis à sacris Canonibus quando merentur eiectioni à monasterio, seu ab aliorum Religiosorum consortio, ut in d. c. Viduas, il primo, & cap. Impudicas, 27. q. 1.

31 Ad quas considerationes Nauarr. non advertens in Comment. 2. de Regular. num. 36. incaute scripsit hoc capitulum esse intelligendum de eiectionibus iustè, vel inordinate, aut per collusionem, vel saltem non de finitivè per sententias ritè, & rectè sine collusionem latas, & conf. 78. de Regular. ubi similiter respondit hanc decretalem loqui fugitivis, & eiectionibus iniustè, vel inordinate per sententias interlocutorias, vel sine causa cognitione latas, vel etiam de iustè, & ordinate eiectionibus, sed volentibus ad monasteria redire. Eiectiones verò iustè, & per sententiam diffinitivam, mordicus tenet non posse compelli ad illud redire per Superiores illius ordinis; ejusque auctoritatem sequenti idem postea tradiderunt Sayr. in Clavi Regia to. 2. lib. 6. cap. 9. num. 26. Eman. Rodrig. questio. Regular. tom. 1. quest. 30. num. 71. Azor. in fr. Moral. par. 1. lib. 12. cap. 16. quest. 2. in fin. Leff. de iust. & iur. lib. 2. cap. 41. num. 110. vers. Respondet, & 20. l. i. recentiores. Verum Nauarr. opinio ut ex dictis patet aperte pugnat cum tota hæc decretali. Unde merito eam reprobat Sacra Congregatio Concilii sequuta sententiam Archid. in cap. Pervenit, 27. q. 1. ut dicam infra num. 37. & seqq. Et patet ex decretis de Regular. apostatis, & eiectionibus. Ad postremum, ubi innovatur hæc Constitutio, & declaratur habere locum, & servari debere in ijs quoque regularibus, qui iustè, diffinitivè, & juris ordine servato expulsi fuerint, dummodo

tamen in expulsi hujusmodi subit spes evidens emendationis ex litteris saltem testimonialibus Ordinarij

Non obstat res judicata, in qua præcipuè Nauarr. se fundat, quia Prælati regulares judicant tantummodo super expulsiōne, non autem super liberatione à nexu monasticæ professionis, nec ab obligatione sic corrigendi, & ad monasterium redeundi. Nec in reductione eiectionis imponitur ei novam pœnam pro delictis commissis, sed tantummodo cogunt eum implere obligationem suæ professionis, quod iustissimum est, cum ab ea per sententiam expulsiōnis non fuerit absolutus, nec potuerit absolvi. Quoniam hæc potestas faciendæ de Monacho non Monachum nullatenus competit interioribus à Papa, c. Cum ad monasterium, vers. Nec assimet. Abb. cum ibi not. per glo. in ver. Abdicatio. per Innoc. & omnes. in fr. de stat. Monach.

Præterea quatenus obstat res judicata; tamò cum Papa hic mandet ut expulsi reducatur, & inobedientes excommunicentur, etiam si regularis ordo repugnet, & sic deroget regulæ secundum Hostien. & alios præcit. n. 21. 22. & 23. Consequens est, ut sublata regula tanquam principali, censetur etiam sublatus effectus sententiarum, quæ in vim regulæ sunt prolata; ex his quæ notat Vitalin. in Clemen. Dudum, §. Nos evenim. n. 10. vers. Contra nunc puto, de sepulch. ubi pluribus concludit in revocatione pactorum, de quibus in d. Clement. includi etiam sententias latas super iisdem pactis. Et pro hæc parte Jo. Andr. dicit pronunciasse Joannem XXII. ut referat ibi Cardin. num. 1. in septima questione. Ereo magis quia hoc casu non agitur de duplici vinculo, sicut agitur quoad pactum est confirmatum. In quibus terminis procedit contraria opinio glo. in dicta Clemen. Dudum, in ver. Pacta, & Joan. Monach. ibidem. Sed agitur de ipsa executione regulæ, quæ perpetuè excludit ab ordine expulsi per trinam reconciliationem. Unde sublata in hoc dispositione regulæ proculdubio censetur sublata ipsius regulæ executio. Demum cessat difficultas, quia hæc Decretalis mandat reduci ad monasterium etiam eiectiones perpetuè, per sententiam diffinitivam, ut abundè ostensum est supra; ergo aperte sustulit rem judicatam quatenus obstat.

Item non obstat quod servus eiectionis à domino, aut pro derelicto habitus desinat esse sub domini potestate, ut l. 2. ff. de his, qui sine manumission. ad liberat. pervener. quoniam servus potest à domino libere manumitti, toto tit. de Manumission. & pluribus titulis sequentibus, & pro derelicto haberi, ut l. Quod servus, ff. de stipulat. ferrov. At professus non potest à Superioribus regularibus absolvi à jugo monasticæ servitutis, ut sæpius repetitum est.

Postremò non obstat quod clericus depositus secundum Nauarr. non possit cogi redire ad dignitatem, & locum, quem tenebat antequam poneretur. Siquidem hoc ideo est, quia per depositionem solvitur vinculum spiritualis conjugij inter Prælatum, & Ecclesiam, ut est text. in c. Inter corporalia, sup. de translat. Episcop. vers. Non enim humana. At per expulsiōnem ab Ordine Religiosus non absolvitur à vinculo suæ professionis, ut constat ex dictis præsertim num. 6. & n. 33.

36 QUÆRO positò decreto Sacre Congregatio

tionis Concilij edito, sub Pio IV. & Procuratoribus Ordinum intimato, quo prohibetur nequis Regularium impostero eiciatur à monasterio, etiam si sit incorrigibilis, sed peccantes à Superioribus ignominia, & carcere castigentur, & acrius etiam si opus fuerit pro modo delictorum puniantur, an persistendum sit in decretis, non obstantibus Regularium oppositionibus.

37 Videntur maximi ponderis quæ à Regularibus obijciuntur, sed facile diluuntur omnia, si hæc materia ejectionis, seu expulsionis religiosorum intelligatur juxta mentem Sacrorum Canonum, non autem eo modo, quo eam accipiunt Regulares. Nam ex juris dispositione quotiescunque permittitur, ut Regulares eiciantur, hoc est intelligendum de illa ejectione, quæ fit à societate, & consortio, aliorum Regularium, non autem de expulsionem à monasterio, seu à Religione, quæ admodum Regulares intelligunt.

Quæ conclusio satis colligitur ex Constitutione Greg. IX. hic relata, quæ dum mandat hujusmodi ejectionis annuatim perquiri: necessarium supponit de cætero illos non posse eici, ita ut extra loca ipsorum vagentur, sed tantum ne stent cum aliis; alioquin inutilis esset circuitus, ut cogendi essent Superiores Regulares ad recipiendos ejectionis incorrigibiles, si statim possent eos iterum à monasterio eijcere: quod considerat Archid. in c. Perrenit, 27. q. 1. Et absurdum esset cogere Superiores ad illos recipiendos, qui etiam si essent in Monasterio, essent tamen expellendi. Præcipit ergo Gregorius, ut expulsi de cætero ita recipiantur, ut amplius ab ordine expelli non possint, sed in locis competentibus intra idem, vel aliud monasterium detineantur ad agendam penitentiam, ut patet in vers. Quod si hoc. Quod clarius probatur communi intelligentia ad c. Cum in Ecclesiis, de maior. & obed. in illis verbis; alioquin de fratre consortio penitus excludatur; non enim dixit incorrigibiles excludi debere à monasterio, sed à consortio, ita ut non stent cum aliis, sed recludantur in locis competentibus, ut hic præcipitur ad agendam penitentiam. Atque ita, ut dicunt ibi Petr. de Sampson. & Abb. Antiq. sub n. 4. non est sensus, ut ipsi à monasterio excludantur, alias volenti vagari facile esset se facere inobedientes, quod esset proflus absurdum, sed tantum ut excludantur à consortio aliorum, ut cum aliis non comedant in refectorio, vel in dormitorio non jaceant, sed in eodem monasterio detrudantur in carcerem. Et sequitur ibidem Jo. Andr. n. 9. Henric. Boych. n. 15. Bellam. post princ. in verb. Consortio & n. 4. Butr. n. 19. & 20. Cardin. n. 5. in 7. oppositione Anchar. n. 6. Imol. n. 8. Joan. de Anan. n. 4. Abb. in ult. notab. ubi ait eos non debere excludi à monasterio, quia alias daretur materia vagandi, & volens excludi à monasterio faceret se inobedientem; & sic daretur occasio magis, & eadem dixit in c. Cum ad monasterium de stat. Monach. n. 13. in fin. his verbis: Credo quod hodie non habet locum hæc expulsio à monasterio (præcipiebatur enim ab Innoc. III. ut proprietarius à monasterio eijceretur) sed sit procedendum prout dicitur in d. c. fin. de Regul. nam illud c. fuit posterius cum sit Gregorius IX. & providet circa ejectionem, & fugitivos ut saltem casu quo licita est expulsio, deponentur tales in ergastulo intra septa monasterij, ne detur occasio vagandi.

Eandem sententiam secutus est Henr. ex mente Guillel. in c. Dilectus, de simon. quem refert in hæc verba (Religiosi graviter delinquentes, non de facto à monasterio debent eijci, sed in carceres recludi, & sic à consortio aliorum fratrum detrudantur. 27. q. 1. c. Impudicus, & c. Si castus, & c. Si quis sacro.) Et in sup. eod. c. Quomodo. [Et sic intelliguntur jura dicentia Monachum fore de ovili, & de Monasterio eijciendum, scilicet à consortio, & communione aliorum, supra de maior. & obed. c. Cum in Ecclesiis, de statu monach. c. Eamque Nec obstat 45. distinctio. c. Sed illud; quia de seculari debet hoc intelligi.] Hæc Guillel.

Sed & Archid. in cap. Perrenit, 27. q. 1. asserit hæc sententiam esse veriorem, & tutiorem, quam illam, quæ vult ut auctoritate judiciali bene possit excludi monachus in totum à monasterio.

Ex quibus patet jura loquentia de expulsionem Regularium non esse accipiendam de expulsionem à monasterio, seu ab ordine, ita ut in sæculo vivant sed à communione, & commercio aliorum regularium tantum.

Et hoc modo intelligendo sacros Canones minime videntur obstat, quæ in contrarium afferuntur à regularibus: dicunt enim expulsionem esse maxime necessariam in religionibus, quia sicut ex vi naturæ corpora naturalia humores noxios expellunt, ut bene valeant; ita & mystico religionis corpori licere debet se expurgare rebellium Monachorum expulsionem, ut republicæ salus conservetur; quemadmodum Ecclesiæ aliquos à Clero per degradationem deijcit, ne cæteris gravius noceant; malum enim dicitur auferendum, ne modicum fermentum totam massam corumpat: quæ rationem considerat contra Monachos contumaces. D. Tho. Quolib. 12. q. ultima.

At respondetur hæc omnes, & consimiles rationes de quibus infra n. 2. & seq. ad solum respectere, ut regulares segregentur ab aliorum commercio, ne cæteros inficiant, quod nos utiq; admittimus non autem ut eiciantur ab Ordine, & ad sæculum revertantur.

40 Et hoc indicant verba Regulæ S. Augustini: sic enim se habent. (Convictus verò secundum præpositi, vel etiam Presbyteri, ad cuius dispensationem pertinet, arbitrium, debet emendationem subire vindictam, quæ si terre reculerit, etiam si ipse non abscesserit, de vestra societate projiciatur; non enim hoc fit crudele, sed misericorditer, ne contagione pestifera plurimos perdat.) Notanda enim sunt illa verba de vestra societate projiciatur, quæ satis ostendunt incorrigibilem non esse eijciendum à Monasterio, sed à commercio, & societate duntaxat.

Et de hæc separationem à societate etiam loquitur text in cap. Ecce, 24. q. 3. in hæc verba (Crimina, si plis criminosis consisteri nolentibus, undecumq; claruerint, quæcumq; non fuerint patienti leni medicamento sanata, veluti igne quodam pie increpationis urenda sunt, & curanda. Quod si nec sic quidem æquanimiter sustulerint, ad pie increpatis medicis processerit, incis, quin diu portati, & salubriter objurgati corrigi noluierint, tanquam putres corporis partes debet ferro excommunicatiōis abscindi, ne sicut caro morbis emortua, si abscissa non fuerit salus reliquæ carnis putredinis suæ contagione corumpat; ita isti qui emendari despicunt, & in suo morbo persistunt, si moribus

bus

bus de pravatis in Sanctorum societate permanerint, eos exemplo suæ perditionis inficiant.) Hæc ibi. Quod ipsum apertius docuit Archid. in d. c. Perrenit, 27. q. 1. his verbis: [Est enim eijcienda ab ovili ovis morbida ne inficiat lanas oves 45. dist. c. Sed illud, extra de statu Monach. c. Ea que, §. 1. secundum Holt. Tu dic vim faciendâ in eo, quod ibi dicit, De fratrum consortio penitus excludatis; sic sup. ead. impudicus, non enim dicit de monasterio eijciendos, quia etiam eijcti essent revocandi extr. de reg. c. ult. sed excluduntur à consortio, id est non stent cum aliis fratribus in Capitulo, Refectorio, & similibus, sed in aliquo arcto loco ponantur ad penitentiam peragendam. Nec ergo intelligas quod à monasterio excludantur omnino, ita quod evagari possint: Et quod dixi credo tutius, & verius ut hic colligitur manifestè.] Hæc verba Archid. ad c. Perrenit, quæ ad litteram translucunt ibi Card. Bellam. in glo. in ver. Compellendus, adijciens, eandem sententiam tenere Joa. & Petrum in decretal. Cum in Ecclesiis, de maior. & obed.

Inconvenientia verò, quæ sequuntur ex crebra Regularium expulsionem extra monasterium notoria sunt. Nam quotiescunque aliquis Religiosus vult excurrere jugum Religionis, desinit in studiosè, & facit se inobedientem, & incorrigibilem, ut hoc modo ad sæculum revertatur; atque ita loco penæ ex sua iniquitate consequitur præmium, quod optat, liberationis à Religione.

41 Et quamvis improbis regularibus pateat etiam via fugiendi à Religione, & apostatandi, tamen hæc viam non ita libenter arripiunt, quia apostataz non sunt tuti in sæculo, neque à superioribus Regularibus, neque ab Episcopis. Unde qui volunt se eximere à religione, potius eligunt viam expulsionis, ut ita securi in sæculo degere possint. Superiores verò sunt adeo faciles ad expulsionem quasi hoc modo expurgent ordinem, & se eximant à molestiis, ut jam religiones ferè omnes videantur redactæ ad instar religionis Societatis Jesu, quæ hoc habet ex peculiari instituto, in quos propterea merito invehit Navarr. comment. 3. de regular. numer. 46. vers. Quæ omnia sunt quæridiana.

42 Incredibile est autem dictum quàm scandalosè vivant expulsi, & quanta cum ignominia ecclesiastici ordinis, & quantum detrahant famæ religionis à qua eijcti sunt, adeo ut propterea etiam de jure res dubia videretur: abs re tamen non esset, ut Sanctissimus decerneret, ne de cætero quisquam eijceretur, etiam si esset incorrigibilis, sed tantum puniretur intra claustra ignominia, & carcere, aut etiam graviore pena pro modo culpæ juxta antiquam declarationem S. Congregationis.

Reverè tamen negari non potest, quin sit valde grave religionibus perpetuò detinere intra claustra Monachos incorrigibiles. Præterea de expulsionem ab Ordine satis clare loquitur Regula S. Benedicti, licet Constitutio Gregorii IX. de qua hic tanquam posterior, sustulerit dispositionem regulæ ut patet ex dictis supra, num. 21. & seq. Nam in rubrica de his qui sæpius correcti non emendaverint, 28. sic se habet. (Si quis frater frequenter correptus pro qualibet culpa, si etiam excommunicatus, non emendaverit acrior ei accedat correctio, id est, ut verberum vindictam ex præcedat. Quod si nec ita se correxerit, aut fortè (quod ablit) in superbiam elatus etiam de-

ferdere voluerit opera sua; tunc Abb. faciat quod sapiens Medicus; Si exhibuit fomenta, si unguenta adhortationem, si medicamina scripturarum divinarum, si ad ultimum ultionem excommunicationis, vel plagas virgarum, & jam si viderit nihil suam prævalere industriam; adhibeat etiam, quod majus est ecclesiæ, & omnium fratrum pro eo orationem, ut Dominus qui omnia potest operetur salutem circa infirmum fratrem. Quod si nec illo modo sanatus fuerit; tunc jam utatur Abbas ferro abscissionis, ut ait Apostolus, auferte malum ex vobis. Et iterum: infidelis si discedat, ne una ovis morbida omnem gregem contaminet.

Rursus in rubrica si debeant fratres iterum recipi de monasterio exeuntes, cap. 29. Frater qui proprio vitio egreditur, aut proicitur de monasterio, si reverte voluerit, spondeat prius omnem emendationem vitii, pro quo egressus est, & hic in ultimo gradu recipiatur, ut ex hoc ejus humilitas comprobetur. Quod si denud exierit, usque tertio recipiatur. Jam verò postea sciat omnem sibi revisionis aditum denegari.] Hæc verba Regulæ S. Benedicti. Cum quibus consentiunt etiam verba Regulæ S. Basilij in rubrica Quomodo sit procedendum contra eos, qui post trinam emendationem non sunt emendati, c. 5. Et de ejectione à religione similiter aperte loquuntur Divus Thom. d. quodlib. 12. art. ult. & D. Bonaventura in Regula S. Francis, quæst. 14. Constitutio autem Gregorii IX. de qua hic, nunquam potuit ulu recipi à Religiosis.

Itaque si permittenda sit regularium incorrigibilium ejectionem ab ordine, juxta dispositionem antiquorum canonum, delibendum erit de præscribenda ratione in ejusmodi expulsionibus observanda.

44 Porro rationes, quibus Ordines regulares probant expulsionem esse necessariam, sunt ferè infra scriptæ.

Ratio prima; Juxta ipsam naturæ legem animantium corpora expellunt humores noxios, ut bene valeant; cui naturæ legi medicina famulatur, dum purgativa medicamenta porrigit. Quod autem natura, & ars in corporibus naturalibus efficiunt, hoc recta gubernatio in hominum cæcibus qui ut corpora quædam communia sunt, præsertim solet, dum quadam Republicæ purgatione scelestos aliquot in exilium pellit, ut juxta naturalis luminis ductum, eique adjunctam positivè juris quasi artem, protervorum relegationem, & Republicæ salus conservetur. Est ergo naturali rationi consonum, ut Monasticorum Ordinum corpora rebellium expulsionem purgentur.

Ratio secunda, Mylicium Ecclesiæ corpus non ratione dumtaxat naturali, sed supernaturali quoque lumine ductum, aliquos à Clero per degradationem expellit, ne statur amplius abutantur, & gravius noceant. Ergo proportionem servata nobilis Ecclesiæ pars, hoc est status Monasticus naturalis, ac supernaturali ratione motus poterit, ac debebit sibi consulere iis expulsi, qui jam graviter nocere ceperunt.

Ratio tertia, Experientia constat eos qui in claustris delinquant peiores evadere solere secularibus reis, quod S. Augustinus observavit. Si ergo peiores evadunt, minusque proinde spei de resipiscencia superest, cum interim gravius noceant: profectò communi status monastici bono per

per expulsionis remedium opem ferre oportebit. Ratio quarta, Crimina tam fœda, & contagiosa interdum à depravatis jam Monachis committuntur, ut nisi per expulsionis remedium, penis extingueretur, brevi sana membra depaſceret, & illuſtrium ordinum candorem deſloraret; qua in re expertis fides habenda eſt. Si ergo periculum tantum ſanctorum etiam Monachorum clauſtris imminet: omnino aſſerendum videtur depravatos illos expelli debere.

45 Ratio quinta; Multis experimentis deprehenſum eſt carcerem, qui præter expulſionem unicum in gruentium malorum remedium eſſe videtur, ſi diuturnus ſit, qualem depravati illi merentur, monaſtici ſtatus corpori vehementer nocere. Primum quia non deſt conſideratus aliquis, cujus adiutorio noxi evadunt. Secundò, quia intolerabile videtur bonis Monachis ſe carceris cuſtodes ad prolixum præſertim tempus fieri, cum à ſæculo ad clauſtrum divinis rebus vacaturi conſeſerint. Tertio, quia res celari nequit, & intra dies paucos omnes Monachi in carcerem deſtrui occasione, omnes ſcandalum patiuntur: noviti averſantur, profeſſi terrentur. Quarto, quia imago gravium peccatorum, quæ ab incluſis perpetrata eſt, certo ſupponitur, ſimplices ac mites omnes Monachos male vexat, cum talia in clauſtris accidere ne ſuſpicarentur quidem, niſi diuturnus carcer id perſuaderet.

Ratio ſexta; Nemo ab Ordinibus monaſtici bene inſtitutis, ab iſis præſertim, in quibus cuſtodia legum & ſpiritus vigent, expellitur, niſi prius adhibito omni charitatis officio, ſcilicet multiplici admonitione, blanditiis, terroribus, minis, verberibus, carceris incluſione, prorogatione temporis ad emendationis experimentum, aliſque remediis ſæpe repetitis. Cum ergo hæc omnia præmittantur, nec ſuperſit aliud remedium, quàm expulſio; proſecto illa ut extremo remedio, in extremo morbo utendum eſt.

Ratio ſeptima; Quo monaſtici ordo auſterior, & obſervantior eſt, eo quoque certius eſt aliquos à perfectione tanta degeneratos, & bonorum communitati perniciem machinatos, quod in ordinibus jam laxis, & inclinatis non æque contingit, cum ibi licentius vivatur. Si ergo reſita ſchabet, & in ſanctorum Collegiis unus, vel alter Judas diſciplinam Monaſticam protervè rejicit, aliſque innoxios abſque correctionis ſpe, ſcandalum præbet: quid ſuper eſt, niſi ut expellatur?

46 Ratio octava; Religionum Patriarchæ, qui ſpiritu divino aſſati creduntur, expulſionem probant, ut patet ex regulis S. Auguſtini, & S. Benedicti. Quod à auctoritate graviffimorum ſcripturum qui regulas expoſuerunt confirmari poteſt. Huc etiam accedit aliorum ſcriptorum gravis auctoritas. Si ergo Monaſtica diſcipline inſtitutoribus, & tot viris ſapientiſſimis expulſio probata ſuit; bene erit eam uti, quandoquidem ſuppentur eadem rationes, quæ viros tantos in hanc ſententiam impulerunt.

47 Ratio nona, S. Thomas *quolib. 12. artic. ultim.* querens utrum aliquis Religioſus expelli debeat propter peccatum de Religione, concludit debere expelli, ſi ſit contumax, & corrigi nolit; quoniam ſecundum Apoſtolum, auferendum eſt malum, ne modicum fermentum, &c. ſin minus, de-

bere ſequaſtrari in carcere, vel alio modo. Ex ſententia ergo D. Thomæ expulſio Monachorum in corrigibilem commendanda eſt.

Ratio decima, Ex jure ipſo contumacium, Monachorum expulſio deducitur, cum in cap. ult. de regul. tanquam certum ſupponatur, aliquos à Monaſtici Ordinis eſſe abſque diſtinctione ulla, quod de juſte eſſe, ſive expulſi tantum juxta germanum ſenſum accipi debet. Nimirum expulſio ut natura ipſa juri, quod naturali lamini repugnare nequit, conſentanea eſt.

Nec videntur obſtare, ut regulares aſſerunt, nonnulla, quæ adverſus tradita obſciuntur.

48 Obſciuntur enim primò, Si ordinis Monaſtici expulſio perimitatur, multos licentia cupidus aulſus illa, ob quæ brevi expellantur. Verum res hæc non iſque adeò timenda videtur, cum antequam flagitioſi expellantur, multa ſatis acria pati cogantur, & infamia notam contrahant: Experimentaque ipſa docuit, illos ita depravatos moræ impatientes eſſe; in alleque per certam apoſtoliſam quanto citius recedere, quam expulſionis incerte tempus expectare.

49 Obſciuntur ſecundò, expulſio in ſæculo libertus peccaturos, & eccleſiam gravi ſcandalo offenſuros. Verum quanto gravius damnum inferitur eccleſiæ, ſi una eſt nobiliſſimis ejus partibus, hoc eſt ordo Monaſtici in ſuore reſormatus, brevi deſormetur, ut rationes allata perſuadere videntur, quàm ſi per expulſos aliquot, qui eo ipſo quod expulſi ſunt, inſcriptum inſame geſtant, ſcandalum nonnulla præbeantur, quibus Episcopis, aut iudices ſæculares ab Episcopis in vocati occurrere poſſunt? Quanto eſt gravius Eccleſiæ ſcandalum, vel unus ordo deſloratus, quàm pauci protervi veſte Monaſtica exuti, & per provincias varias diſperſi? Quàm autem brevi perfectione Monaſtica collabatur, niſi accuratiſſime occaſiones ruine præcidantur, nemo niſi expertus crederet.

Obſciuntur tertio facilitas expulſionis. Cæterum non eſt reprehendenda, ut facilis expulſio, quam tot prudentia, & charitatis officia in ratione ſexta ſuperius enumerata, & ſerpentis mali experimenta ſine ſpe correctionis antecedunt. Nec facilitatem expulſionis arguit numerus expulſorum auctior uno tempore, quàm alio, ſi revera prædicta charitatis officia, & experimenta præcedunt; præſertim cum Dei gratia ordines multo reformati nunc floreat, quorum mores apoſtolicos multi degeneres ferre detraçant.

Obſciuntur quarto, aucta reſiſtentiæ expulſorum in cap. ult. de regul. *inimicitia*. Sed antiqua jam conſuetudo contraria prævaluit. Nec mirum cum in poſ ab ovili depulſos iterum admittere periculoſiſſimum ſit, præſertim cum experientia conſect expulſos aut nunquam, aut rariffimè ita reſiſcere, ut non poſſint officiant, quàm proficiant: præterquam quod vix reperitur expulſus, qui eò redire velit, ubi omnes tanquam proditorum intuentur, quod patienter, ac perſeveranter ferre, paucorum, & ſanè fortium virorum eſt, quales expulſos non eſſe prudenter creditur.

50 Obſciuntur quinto, expulſionis cauſam eſſe graviffimam, & accuratius quam forte conſuevit, diſcutiendam eſſe; ac propterea ad Tribunal aliis advocari debere. Verum res hæc multa circumſpectio indiget. Primum, quia remedium diſſertur, & contagiola peccata, ob quæ fertur expulſio ſen-

ſententia, ſerpunt. Secundò, quia ſi cauſa à monaſtici ordinibus ad curiam advocatur occasione recognoſcendi proceſſus factos, & multas circumſtantias perquirendi; lites orientur in annos proroganda. Tertio, quia ordines monaſtici ſanctiores, paucorum delinquentium occasione obſcurabantur, publicatis criminibus, quæ ſecretis puniri poſſent. Quarto, quia cum cauſæ cognitio aliquibus tandem committenda ſit, vix reperiri poſſe videntur, qui res monaſticas æque habeant exploratas, ac Generalis, & quatuor Definitores pii, ac docti, qui legalia ſuarum regularum, ſive conſtitutionum remedia prius adhibent. Et tandem officio coacti, ad expulſionis remedium communis ſalutis cauſa recurrunt.

51 Ad expulſionis utilitatem dignè æſtimandam mirifficè conducunt verba S. Bonaventuræ *q. 14. in regula S. Franciſci*, ubi ſic ait: (Si exceſſus graves fuerint, & notorii, quod alij eius exemplo poſſint imitari, ſi retineatur in ordine, & extranei ſcandalizentur, quod talis in ordine ſuſtineretur, tum propter auferendum ſcandalum, tum propter corruptionem ordinis præcavendam, debet eiſci prævaricator voti, & paſſi fui.) Et paulò poſt in eodem c. [Si autem allegatur quod miſero eſt miſeratio adhibenda, ut iterum recipiatur in ordinem; dici poteſt. Crudelis eſt miſeratio, unde plures, & meliores graviter offendantur, Et paulò poſt in eod. c. (Sedes Apoſt. quæ jus ſuum unicuique ſervat, & vult ordinem in ſua puritate perſistere, non cogit ordinem tenere illos, quorum converſatio nociva eſſet in ordine, quia tunc puniret innocentes, & reos fovet, & occaſionem daret ordinis corruptioni per tales peſſiferos, ſi eos recipi oporteret.) Hæc S. Bonav. Licet ergo expulſi multi vagentur, & in ſtatu monaſtici prius ſacris Ordinibus initiati poſt expulſionem fordidam vitam inopia cauſa ducant; graſantur malo non ita ſuccurrendum eſt, ut quod ſanum, & purum in ſtatu monaſtici perſtat, contagio vitietur, multoq; plura, & pejora in poſterum ſcandala oriuntur, dum quod in Eccleſia floret, cito marceſcat.

52 Cum die 13. Januarij 1622. in S. Cong. Concil. cui interfuert S. R. E. Cardinales A. Monte, Millinus, S. Suſanna, de Zoltero, Roma, Cajetanus, de Torres, & Boncompagnus, S. D. N. juſſu actum eſſet de Regularibus eſſectis, & tugiſivis, & in ſpecie an perſiſtendum eſſet in decreto hæc de re edito à S. Congregatione Concilii ſub Pio IV. & Procuratoribus Ordinum intimato: Cajetanus oſtendit multis rationibus, & auctoritatibus decretum illud eſſe ſacris Canonibus conſentaneum, & ſententiam dixit ut in voto ſuperius relato, *unus. 36.* cui eſt initium, Poſtro decreto, &c.

Millinus ſimiliter ait S. Congregationis decretum, & remedium calligationis incorrigibilium intra clauſtra eſſe juridicum; nam ſi ex Cõſtitutione Gregorii IX. in c. *ſin. de Regul.* Superiores regulares tenentur ſuos eſſectos incorrigibiles requirere, & ad monaſterium reducere: ergo longè minus debent illos eſſe monaſterio eiſcere, ſatis enim eſſet illos nõ admittere, quam ad miſſos poſtea expelleret; Canonice intelligunt ejectionem in caſibus permiſſis faciendam eſſe à ſocietate, & commercio, ne reliqui inſiciantur, non autem à monaſterio ſeu ab ordine.

Sed in contrarium extat regula S. Benedicti, quæ ſatis clare permittit omnimodam expulſionem incorrigibilium extra religionem, & Regula S. Auguſtini, quæ viſ utatur illis verbis, *de veſtra ſocietate proſciatur*, tamen de abſoluta expulſione, & projectione à monaſterio illam intelligit Cardinalis, & alii interpretes; quo etiam modo accipit expulſionem S. Bonaventuræ. Et quamvis Gregorius IX. in *de ſin.* contrarium ſtatuerit, & correxerit Conſtitutiones præcedentes, ut advertunt DD. & in ſpecie Panorini in c. *Cum ad monaſterium n. 13. de ſtat. Monach.* tamen decretum illud Gregorii nunquam fuit uſu receptum, & re vera in præſentia eſt diſſicillimum obſervatum. Quippe cum hoc dubium fuiſſet in S. Congregatione propoſitum ſub Pio IV. Cardinalis Vitellius allegavit Bullam Clementis V. & Alciatus poſtea dixit ſe neſcire an illud decretum fuiſſet intimatum Procuratoribus Ordinum, licet intimatum fuiſſe multo poſt teſtatus fuerit Cardinalis Carafa. A. S. Congregatione quoque Episcoporum, & Regularium emanavit ſimile decretum; & tamen nec Conſtitutio Gregorii, nec utriuſque Congregationis decreta præſertim poterunt; Et religioſi S. Jeſu ſe in ſua puritate conſervantur ferè non alio potiori remedio, quàm potestate dimittendi quolibet non profeſſos, quam rem magni momenti ad Societatis puritatem, & conſervationem retinendam dixit Greg. XIV. in *Conſtit. 10. incipien. Eccleſiæ Catholice. §. 19.* in Bullat. *tom. 2. pag. 698.* Itaque religionem commune bonum aliis privatis reſpectibus præferri debet; nam & Xenophon laudat

54 oltraclimum, quo civitates antiquæ, quæ populari ſtatu regebantur, ad tempus relegere ſolebant eos qui ſuperexcellere videntur, non ad criminis improbitatem caſtigandam, ſed ad potentiam moderandam, de quo per Arilt. *3. Polit. cap. 9.* Quanto igitur facilius adſciendi ſunt mali, ne periant, atque inſiciant bonos? Præſertim verò quia mali, & incorrigibiles regulares dum diu inſiciantur, in deſperationem adducuntur, ſeq; ipſos damnant, & religionis undequeque perturbant tranquillitatem. Remedium ergo altiorum bonum quidem eſt, ſed tamen experientia docuit regulares dum diu carceribus mancipati detinentur, religionem inquietare, & multos advocare à Choro, ac divinis officiis recitandis, ita ut Superiores aut nimio diſpendio, aut cuſtodie diſſicultate, aut tædio tandem diuturnæ carcerationis affecti, vel illos dimittant, vel ſinant auferere. Unde ex carcere non modo illi meliores non efficiuntur, ſed ſæpe etiam labuntur in apoſtaſiam.

55 Dices, Si eſſectio permittatur, hinc aperitur via, qua exhibitæ quamplurimi; mali enim regulares ſtudioſè delinquent, ut ad ſeculum revertantur: at non eſt ita; raro enim id accidit, quia ſic delinquentibus multa accidunt mala, carceres, ignominia, & alia plura antequam expellantur: multa etiam mala illis ſubſequentur poſt eſſectio-nem, nimiram perpetua infamia, ſuſpenſio ab ordinum miniſterio, diſſicultas quærendi victum, & alia id genus, ac præterea etiam ſi hæc via aperiretur, tamen hoc minus malum eſſet, quàm humores noxios intra ſepta nutriendo, bonos ſubſicere periculo contagionis, & ſtatum religionum perturbare.

Quam ſententiam Patres unanimiter ſequuti, conſueverunt ad alia remedia conſugiendum eſſe, ut

deliberandum quibus modis sit comprimenda Superiorum facultas in expulsiōibus faciendis, & minuendus numerus ejectionum.

17 Et primò omniſis capitibus quoad apoſtatas, & fugitivos, de quibus agi poterit in alia Congregatione, ut innovarentur decreta Clem. VIII. ad regularium reformationem ſpectantia.

De qua tamen innovatione multi regulares conqueſti ſunt, eo quod d. decreta multa contineant quæ hactenus uſu recipi non poterunt. Tamen S. Congregatio ſemper perſiſtit in ſententia, ut ea decreta innovarentur.

18 Tantum fuit dubitatum, an ex dictis decretis eſſet excipiendum caput illud, quo novitijs jubentur prius approbari ab Ordinariis locorum. Regulares enim de hoc graviter, & merito conqueſtuntur, & nonnulli alſerunt ſe ab illius obſervantia fuiſſe oretenus liberatos à Paulo V. Et de hoc capite.

19 Secundò, ſtabilitum eſt, ut in poſterum è Religionibus nullus ex regularibus eijci poſſit, niſi ſi terè incorrigibilis; verè autem incorrigibilis minimè cenſatur, niſi præter ea, quæ à ſacris Canonibus, & Religionum ſtatutis hac in re præſcripta ſunt, unius etiam anni ſpatio in jejunio, & pœnitentia probeatur in carceribus, quo claſſo ſi nihilominus non reſipuerit; eijci tandem poſſit, ſed à Generali tantum, adhibitis aliquibus Patri-

60 bus gravioribus in generali Capitulo eligendis; tumque nonniſi in iudicio ſecundum eorum ſty-

61 lum, & conſultationem proceſſu, & plenè probatis cauſis expulſionis. Hoc caput placuit S. Congregationi, quia Patres non putarunt expedire, ut Coniudices à Generali deputentur, ne alioquin cauſa graviffima expulſionis unius Generalis voto terminari videretur. Valde tamen dubitatum eſt qua ratione fieri poſſit, ut ſex deputati à Capitulo, qui fortè eligentur ex diverſis provinciis, cū Generali convenire poſſint ad eò frequenter ut expulſionem cauſas, prout neceſſitas exegerit, expedire valeant; aliquibus propterea exiſtimantibus electionem fieri debere à Generali una cum Diſſidentibus; Aliis verò una cum Aſſiſtentibus, & aliis diverſa opinantibus. Unde in eam ſententiam tandem ob omnibus itum eſt, ut de his coniudicibus Generali aſſignandis audirent Superiores Religionum, & res iterum proponeretur.

Superiores auditi mediante perſona Procuratoris Barnabitarum, cui munus tractandi hoc negotium ab aliis Procuratoribus Religionum injunctum eſt, dicunt quatenus non placeat, S. Cong. ut coniudices eligantur à Generali, diſſicilè poſſe reperiri formulam eligendi illos in Capitulo generali, quæ congruat omnibus Religionibus; nam aliqui Ordines non habent Diſſidentes, alii non habent Aſſiſtentes; ideoque tutius exiſtimant ut ſimpliciter ſtatuatur ejectionem fieri debere à Generali unà cum ſex, vel quatuor Patribus à Capitulo eligendis. Unumquodque enim Capitulum cogitabit de eligendis ijs, qui cum generali commodè convenire poſſint quoties opus fuerit; & tutius eſſet, ut id relinquatur generali Capitulo cuiusque Ordinis, quâ ut à S. Cong. præſcribatur.

Huius decreto poſſet addi, ut donec celebrètur generale Capitulum, ſi quempiam ex juſtis, & neceſſariis cauſis expellere oportebit, hæc prima vi-

ce, & uſque ad proximum generale Capitulum damtaxat, ejectione fieri poſſit à Generali de conſilio, & aſſenſu ſex Patrum ab eodem Generali eligendorum.

62 Sic verò ejectione in habitu clericali incedant, atque Ordinariū jurisdictioni, & obedientiæ ſubſint juxta decretum Concilii Meldeniſis c. 59 quod habetur tom. 6. Conciliorum, pag. 410. in hæc verba. (Ut Monachus de monaſterio ſine conſultu, vel præſentia Epilcopi, aut Vicarij eius ad hoc regulariter deductus, non eijciatur, cuius diſpoſitione, & authoritate de cætero vita, & converſatio ejectione ne perditus perpetuò fiat, ſi aliquo modo ſalvari poteſt, ordinari debet, atque decerni.)

63 Antequam hoc caput fuiſſet ſtabilitum, Cong. cenſuerat ſtatuerendum, ut incorrigibiles ante expulſionem detinerentur in carcere per biennium. Sed reclamantibus regularibus, hoc tempus redactum fuit ad ſpatium unius anni.

64 Tertio, ſtabilitum eſt, ut Superiores religionum nemini ex regularibus expulſis litteras teſtimoniales concedant, illos ad Sedem Apoſtolicam reſicientes, vel jubentes aliam ingredi Religionem.

Hoc caput fuit apoſſitum, quia Superiores abſque legitimis cauſis læpè eijciunt regulares, & ad juſtificandam ſententiam expulſionis, ſolent concedere dictas litteras teſtimoniales.

65 Quarto, ut ejectione extra religionem ſint perpetuo ſuſpenſi ab exercitio ordinum.

66 Quoad hoc caput videtur deliberandum, an legitimè expulſis præſcribenda aliqua ratio ſe ſentiant cum celebrandi facultas illis adimatur, ne alioquin adducantur in deſperationem.

Tutius fortè videtur nullam eis rationem præſcribere, quia in hæc neceſſitatem incidunt ex proprio delicto, exemplo clericorum, qui poſt irregularitatem ex homicidio voluntario contractam, abſque diſpenſatione faciunt ſe ad ſacros Ordines promovendi; quamvis enim egeſtate laborent, & ſint in anguſtia; tamen Sedes Apoſtolica cum illis diſpenſare non conſuevit. Ad hoc c. 1. & ibi gl. ſin. de etat. & qual. & l. bona fides. ff. Depoſiti, de elec. Deinde quia vivendi in ſæculo difficultate deterriti, regulares non delinquant ad hunc finem ut expellantur.

Ac demum quia expulſi ob anguſtias, quas patiuntur in ſæculo, fortè reſipiscunt, & emendati curant ad ſuam religionem redire. Felix autem eſt neceſſitas, quæ ad meliora compellit, ut ait Auguſtinus relatus à gl. in Clem. 1. in ver. ſcipſum, de reliq. & venerat. ſanctorum, Quod ſi in anguſtijs quoque obſtinatiores perſeverent in ſæculo, jam non ſunt digni, cum quibus à Sede Apoſtolica miſericorditer agatur, quia impenitentes ſunt. Ideoque abs re non eſt addere huic capiti, ut adimeretur Ordinariis locorum facultas dictam ſuſpenſionem relaxandi: licet verè eam non habeant, ut patet ex dictis ſupra n. 15. Hæc enim ratione dabitur expulſis ocaſio ad eundem Sedem Apoſtolicam, quæ ſemper paternè conabitur illos ad religionem reducere.

67 Quintò, conſuſum eſt in ſuperioribus Cong. ut Regulares delinquentes trirremium pœna non aſſiciantur, niſi eiſmodi ſint crimina, quæ hoc ſupplicio in perpetuum ſint vindicanda: tuncque ad trirremes ne relegentur, niſi in perpetuum. Quod ſi delicti qualitas leviorè pœnam

exi-

exigat, tunc intra clauſtra condignè coercantur, 68 proindeque unaquæque Religio privatos habeat carceres in quolibet ſaltem provincia S. Congregatio ſi ſtatuerendum duxit, quia regulares tranſmiſſi ad trirremes ad tempus; eo lapſo redeunt ad religionem multo nequiores quam antea, & alios ſuis corruptis moribus contaminant, & omnes aſſiciunt graviffimo ſcandalo.

Verum tamen hoc caput valde ægrè ſerunt Regulares; & quamvis Congreg. ſemel atque iterum ita cenſuerit; nihilominus Paulus V. duxit de hoc mature deliberandum.

Habet hoc decretum in præctica duas difficultates.

Prima, quia pœna trirremium etiam ad tempus eſt formidabilis Regularibus; & hæc ſublata, Religioſi multo facilius perpetrarent ea crimina, pro quibus non venit irroganda pœna trirremium, niſi ad tempus; & tamen ea crimina graviffima ſunt, quia pœna ordinaria trirremium ad vitam non intelligitur Regularibus, niſi in caſibus, in quibus laici aſſiciuntur ultimo ſupplicio.

Secunda difficultas eſt quia pro crimine, pro quo v. g. eſſet irroganda Regulari pœna trirremium ad quinque annos Regularis intra clauſtra non eſſet puniendus minorè pœna, quam carceris per totidem annos, aut multo plures. At experientia docuit pœnam carceris nimis longi non eſſe obſervabilem in Religionibus, quia Superiores, aut nimio diſpendio aut cuſtodie difficultate, aut divinorum officiorum perturbatione, aut tædio diuturnæ carcerationis aſſecti, tandem illos dimittunt, vel ſunt auferere, & qui hic fugerunt, in Apoſtataſ, ac læpè etiam in hæreſin deſperationis cauſa labuntur. Itaque hoc caput trirremium videtur valde periculoſum; licet fortè præponderare videatur damna, quæ Religionibus inferuntur à Regularibus, cum redeunt à trirremibus ad Monaſterium.

69 Sextò, & ultimo, determinatum eſt ut innovetur Conſtitutio Greg. IX. relata in c. ſin. de regulis, qua ſtatuitur, ut Superiores teneantur quotannis requirere ſuos ejectiones, & fugitivos, eoſque ad Religionem reducere; & præterea, ut declaretur d. c. ſin. habere locum etiam in his, qui juſte, ac diſtinnivè expulſi fuerint contra Navari ſententiam. Hæc Conſtitutio re vera nunquam fuit uſu recepta.

Regulares petunt ut hoc caput, vel expungatur, vel declaretur habere locum, dummodo in expulſo adſit ſpes evidens emendationis ex litteris ſaltem teſtimonialibus Ordinarij. Quod ultimum videtur illis concedendum. Nam ſi Superioribus permittatur ſervatis ſervandis incorrigibiles eijcere, multo magis eſt permittendū eodem incorrigibiles non admittere; turpius enim eijciuntur, quâ non admittuntur; & alioquin ad quid permittendū eſſent eijcere incorrigibiles, ſi paulo poſt tenerentur illos rursus recipere, imò etiam requirere, & ad monaſterium reducere?

Videntur ergo ita demum cogendi ad reduſionem huiusmodi, ſi appareat expulſos emendatos fuiſſe, aut ſit ſpes evidens emendationis. Hæc quoque Regulares ejectiones, & incorrigibiles. 70 Quo verò ad apoſtatas, & fugitivos, inter decreta, quæ hæc de re fuerunt in præteritis Congregationibus firmata unum eſt tenoris ſcripturæ videlicet,

Proſp. Fagn. in 2. p. 11. 3. Decretal. Tom. 5.

Ut Apoſtataſi opportunè Regularibus præſcribatur, ſtatim, ut de cætero licentia ad religionem arctiorem tranſeundi, nulli concedatur, niſi concedenti legitimè conſultet eam religionem paratam eſſe illum recipere, qui licentia præſertitur, tuncque Regularis rectè ſe tranſerit ad arctiorem.

Hoc caput ſuppōnit neceſſarium eſſe ut concedatur licentia tranſeundi ad arctiorem; & tamè hoc minimè verum eſt, quia ſufficit licentia petita licet non obtenta, c. licet, de regul. Abb. conſ. 95. per totum lib. 1. Unde hoc caput aut videtur delendum, aut ſtatuerendum, ut deinceps nemini liceat etiam ad arctiorem tranſire, niſi de Superioris licentia petita, atque obtenta.

Quod fortè eſſet valde utile Religionibus; ſapius enim Angelus Satanae transformat ſe in Angelum lucis, & Religioſi temeritate, vel levitate animi, non zelo ſanctioris vitæ moventur ad tranſeundum, ut legitur in eod. c. licet; & experientia docuit tranſeuntes ad arctiorem, etiam ad Carthufianos, aut raro, aut nunquàm proficere in Regulari diſciplina. Sed quia obſtat diſpoſitio d. c. licet, cui derogandum non videtur ob rationes in eo expreſſas; Hoc caput ita aptandum eſt.

Nullus de cætero permittatur ad ſtrictiorem tranſire, niſi prius Superiori legitimè conſultiter eam religionem paratam eſſe illum recipere, qui licentia petita.

71 Deinde omniſis alius ſtabilitum eſt, ut ſi Apoſtataſ citra montes infra quatuor, ultra montes vero infra octo menses à præſentis decreti publicatione inchoandos ſua ſponte ad ſuam quilibet religionem redierint, tum pœnarum omnium iſtis propterea inſignitiam remiſſionem, atque impunitatem aſſequantur, ſuperioresque benignè illos teneantur recipere, & paternè charitate comperti.

Hoc etiam caput ægrè fertur à Regularibus; qui propterea petunt ut reſtringatur ad pœnas tantum, quas poſſivas appellant, & ut ita redeuntes ſaltem debeant in Capitulo, vel coram Superioriore culpam fateri, atque emendationem polliceri. Quod ſatis videtur rationale, & minus per hoc derogabit decretalibus Gregorij IX. in d. c. ſin. de Reg. quo diſponitur, ut tam ejectione, quam apoſtataſ ſeu fugitivi recipiantur in monaſterium ſalva ordinis diſciplina, hoc eſt ſi ibi explicat gl. & DD. J. impoſita illis pœnitentia ſecundum quod Regula illius ordinis requirit, & præcipit. Libuit hic ſubnectere decreta ipſa de Regularibus apoſtatis & ejectione Secretario compilata in S. Cong. Concilii ut ex illorum inſpectione intelligi poſſit quid in præmiſſis ſenſerit Sedes Apoſt.

DECERTA S. CONGREGATIONIS CONCILII.

De Regularibus & Apoſtatis & Ejectionibus.

Sacra Cong. Cardinalium Conc. Trid. Interpretum, Regularium ejectionum, & fugitivorum ſtatui conſulere, illorumque ſcandala ſubmovere, & ſuccreſcentem numerum frangere operæ pretium exiſtimans, auditis Religionum Superioribus, reque diligentiffimè perpenſa, communicatio etiam concilio cū S. D. N. Urbano VIII. atque ex peculiari Sanctitati ſua facultate inſcripta decreta edidit.

Ac Ac primò, ut inſecta ſemina, in quibus pravè ejuſmodi

ejusmodi fructus potissimū, prodeunt, & inceptis ne ferantur in vinea Domini, censuit esse innovandas, & Sanctissimi autoritate innovat Constitutiones, & decreta generalia san. me. Clem. VIII. ad Regularium reformationem, & Novitiorum receptionem, professionem, atque institutionem spectantia, districtēque præcipit Generalibus, atque aliis omnibus Ordinum Superioribus, ut illa exactē observent, atque ut observentur efficiant, sub penis statutis in iisdem Constitutionibus, a quibus tamen excipiendum censuit, caput illud, quo decernitur, ne in conventibus, seu monasteriis ad Novitios recipiendos hæcenus designatis, & approbatis seu impostorum designandis, & approbandis Novitii ad habitum ultatenus recipi possint, nisi prius à Congregatione reformationis Apostolicæ, vel à propriis locorum Ordinariis expresse, & nominatim approbati fuerint. A cuius quidem decreti observatione S. Cong. iustis de causis censuit Regulares esse absolvendos, prout autoritate Sanctissimi Domini Nostri absolvit, atque exemit.

Deinde, ut apostatandi opportunitas Regularibus præparari, statuit, ut de cætero nullus permittatur ad archiorem Religionem transire, nisi prius Superiori legitime consulerit, eam Religionem paratam esse illum recipere, qui licentiam petit, tumque regularis rectā se transferat ad archiorem. Quod ut re ipsa adimpleatur, idem Superior omni studio, ac diligentia invigilet.

Rursus statuit, ut fugitivi, & Apostatae, sive habitum regularem deserant, sive nō, possint, ac debeant ab Episcopo loci, ubi moram trahunt, in carceres conjici, ac Superioribus Regularibus consignari, secundum regularia instituta puniendi, utque ipsi quoque Superiores teneantur eos perquirere, ad religionem reducere, atque efficere ut apprehendantur; salva tamen in omnibus facultate Ordinarii locorū attributa decreto Conc. e. 3. sess. 6. Quod si Apostatae huiusmodi citra montes infra quatuor, ultra montes verò infra octo menses à presentis Decreti publicatione inchoandos, sua sponte ad suam quisque Religionem redierit, tum penarum omnium ipsis propter apostasiam insisterant, aut intelligendarum remissionem, atque impunitatem assequantur, ita tamen ut debeant à Superiore absolutionem humiliter petere, & coram eo culpam fateri, atque emendationem polliceri; Superior verò è contra benignè illos teneatur excipere, ab huiusmodi penis absolvere, paternam charitatem complecti.

Ad hæc, ut in posterum è Religionibus nullus legitimè professus eijci possit, nisi sit verè incorrigibilis; verè autem incorrigibilis minimè censetur, nisi non solum concurrant ea omnia, quæ ad hoc ex juris dispositione requiruntur, sublati hæc in parte Statuti, & Constitutionibus cuiusque religionis, & Ordinis, etiam à Sede Apostolica approbati, & confirmati, verum etiam unius anni spatium in ieiunio, & penitentia probetur in carceribus; proindeque religio privatos habeat carceres in qualibet salte provincia. Elapso autem anno si nihilominus non resipuerit, sed animo indurato in sua pervacacia perseveraverit, ne contagione pestifera plurimos perdat, tanquam pecus morbida, ac membrum putre eijci tandem possit, sed ab ipsomet Generali tantum de consilio, & assensu sex Pa-

trum ex gravioribus Religionis eligendis in singulis Capitulis, vel Cong. generalibus; tumque non nisi instructo secundum eorum styli, & Constitutiones processu, & plenè probatis causis expulsionis ad S. Canonum præscriptum. Interea tamen usque ad primum generale Capitulum, seu Congregationem proximè celebrandam, si quempiam ex iustis, & necessariis causis expellere oportebit, ejectio fieri possit à Generali cum consilio, & assensu sex Patrum, ut supra, quos idem Generalis eligere debeat infra quatuor menses à presentis Decreti publicatione; servata tamen in reliquis forma superius præscripta. Sic verò ejecti, quando non redierint ad religionem, in habitu clericali incedant, atque Ordinarii loci jurisdictioni, & obedientiæ subint, proindeque Generalis illico expulsionis sententiam eidem Ordinario notificare teneatur. Cæterum S. Congr. religionum Superioris serio admonet, ac per Jesu Christi viscera obtestatur, ut memores paternæ charitatis, & mansuetudinis, quam profitentur, nihil intentatum relinquant, ut laudentur animas fratrum suorum serè in profundum malorum delapsas, antequam gravissimum, atque extremum expulsionis remedium experiantur. Idque eo magis, quod subditorum sanguinem, qui ex malo negligentium, & sui officii immemorum Prælatorum regimine peribunt, Dominus noster Jesus Christus in supremo Dei iudicio de eorumdem Prælatorum manibus si requisituras.

Præterea statuit, ut iidem Superiores nemini ex religiosis expulsi litteras testimoniales concedant illos ad Sedem Apostolicam recedentes, vel iubentes aliam ingredi Religionem.

Item, ut ejecti extra Religionem degentes sine perpetuo suspecti ab exercitio Ordinum, sublati Ordinarii locorum facultate dictam suspensionem relaxandi, aut moderandi.

Ac postremo censuit, esse innovandam, & suæ Beatitudinis auctoritate innovat Constitutionem fel. rec. Gregorij IX. relatum in cap. fin. extra de regul. ac propterea declarat, eam Constitutionem in ijs quoque vendicare sibi locum, servandamque esse, qui iustè, distincteque, ac juris ordine servato expulsi fuerint; dummodo tamen in expulsi huiusmodi subit spes evidens emendationis ex litteris saltem testimonialibus Ordinarii, cuius conscientia in his litteris concedendis Sacra Congregatio serio oneravit.

Ne qua verò difficultas in suprascriptis decretis & ordinationibus exequendis suboriatur, S. Cong. Sanctissimo Domino Nostro annuente, atque approbante, universis Generalibus, Provincialibus, Commissariis, Ministris, Præsentibus, Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Guardianis, Vicariis, & quibuscumque aliis Superioribus quorūcunque Ordinum, vel Congregationum, Monasteriorum, Conventuum, Collegiorum, Domorum, ac locorum Regularium ubicumque locorum existentium in iungit, serioque mandat, ut illa diligenter observent, atque observari procurent in omnibus Cœnobiiis, ac Monasteriis, Collegiis, ac Domibus quorūcunque; Monachorum, ac Regularium ubique locorum existentibus, efficiantque ut tam Decreta suprascripta fel. rec. Clem. VIII. quæ præsentis Ordinationes in singulis ejusmodi locis bis salte in año legantur in publica mensa. Si quis vero ipsorum adversus ea, quæ superius præ-

præscripta sunt, vel eorum aliquid, quoquo modo facere, vel moliri præsumperit, ipso facto penam incurrat privationis omnium officiorum, quæ tunc obtinebit, vocisq; activæ, & passivæ, ac perpetuè inhabilitatis ad illa impostorum obtinenda, penaque huiusmodi sit Sanctitati suæ, ac Sedi Apostolicæ reservata, iisdem Superioribus, etiam Generalibus, & Protectoribus illam moderandi, seu relaxandi potestate penitus interdicta; & nihilominus sit irritum, & inane quicquid fecus, à quoquam actum extiterit. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis in favorem quorūcunque personarum, atque Ordinum, tam Mendicantium, quam non Mendicantium, Congregationum, Monasteriorum, Conventuum, Domorum, ac locorum, Regularium quorūcunque; nec non illorum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, vel consuetudinibus, etiam immemorabilibus, exemptionibus, quoque, indulgiis, & privilegiis, etiam in corpore juris clausis, aut ex causa, vel titulo oneroso, vel in limine foundationis concessis, etiam Mari Magno seu Bulla aurea, aut alias nuncupatis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, & cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus decretis, etiam Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, aut alias quomodolibet, etiam per viam communicationis, seu extensionis concessis, & iteratis vicibus approbatis, & innovatis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, & formis specialis, & individua, ac de verbo ad verbum, nō autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma servanda esset; tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata inseri forent, præsentibus pro expressis habens, quibus quoad ea, quæ suprascriptis quomodolibet advertantur, illis aliis in suo robore permanentibus, specialiter, & expresse, Sanctitatis suæ auctoritate derogat, exterisque contrariis quibuscumque. Dat. Romæ die 21. Septembris 1624.

C. Card. de Torres.

Locus † Sigilli.

Prosp. Fagnanus S. Cong. Secr.

Decreta generalia fel. rec. Clem. Papæ VIII.

De Novitijs ad habitum Regularem, & professionem non admittendis, nisi in Conventibus designandis.

CLEMENS PAPA VIII.

Regularis disciplina restituitur, pro qua potissimum juxta nostri muneris debitum laborare non desistimus, illud in primis magnum impedimentum afferre quotidiano usu competum est, quod in omnibus Conventibus, ijs præsertim, qui majori reformatione indigent, singuli ad Religionem venientes, passim recipiuntur. Unde fit ut quo ma-

gis Nos varijs Constitutionibus male affectas radices amputare studemus: eò magis in dies in depravata, infructuosaque ejusmodi noviter profitentium germina succrescant. Cui quidem malo occurrere volentes, præsentis Decreto statumus, directeq; præcipimus omnibus Generalibus, Provincialibus, Commissariis, Ministris, cæterisque Superioribus Conventuum intra Italia, & Insularum adjacentium fines existentium quibuscumque, & quorūcunque Ordinum Mendicantium, ut de cætero neminem sub quovis prætextu, aut colore ad habitum Regularem admittant, nisi in Conventibus auctoritate nostra perpedis in unaquaque provincia designandis, Insuper sancimus, ut quoad ejusmodi Conventus, ut præfertur, per Nos deputati non fuerint; omnes præfatorum Ordinum Superiores à receptione quorūcunque Novitiorum, sive ad habitum, sive ad professionem omnino abstant. Superior, qui hujus Decreti transgressor extiterit, ipso facto penam privationis omnium officiorum, quæ tunc obtinebit, vocisq; activæ, & perpetuè inhabilitatis ad illa impostorum obtinenda, se noverit incurrisse, ac aliis etiam penis arbitrio nostro subjaceat. Receptiones verò, & professiones qualibet eorum, qui contra huiusmodi Decretum nostrū admisi fuerint nullas, & irritas esse nunc discernimus & declaramus. Privilegiis, Statutis, & consuetudinibus quibuscumque; in contrariū minime obstantibus. Dat. Romæ die 12. Martij 1596.

Renovatio & ampliatio eiusdem decreti.

De Novitijs ad habitum Regularem non recipiendis, nisi in Monasterijs, & locis designandis.

Sanctissimus in Christo Pater, & Dñus noster D. Clem. Divina providentia Papa VIII. cum jam dudum animadverteret collapsæ Regularis disciplinae institutioni, pro qua potissimum, juxta sui muneris debitum, vigilare, ac laborare non desistit, illud in primis magnum impedimentum afferre, quod in omnibus Monasterijs, & Conventibus, ijsque præsertim qui majori indigent reformatione, singuli ad Religionem profitentem accedentes, passim, ac sine delectu recipiuntur, ac inde fieri, ut quo magis varijs Constitutionibus male affectas radices evellere studet eò magis infructuosa noviter profitentium germina quotidie succrescant: cumque ob zelum, ac desiderium, quo tenetur Sanctitas Sua omnes Regulares ad veteris suæ cuiusque religionis institutū redigendi, districtè prohibuerit, ne quis in certis Monachorum, & Mendicantium Ordinibus ad suscipiendum habitum religionis admittetur, profitereturque, quousque monasteria, & Conventus aliquot delinarentur, in quibus posset comodius regularis observantia, secundum reformationem à Sanctitate Sua institutam introduci: Quia tamen non obstante tali prohibitione, cognovit nonnullos fuisse, vel sub colore facultatis, & licentiæ à Sanctitate Sua obrentæ, vel quia talis prohibitio ad illorum notitiam non pervenerit, receptos, & admissos, præter mentis suæ sensum; Idcirco huic malo prospicere volens, ne licentiarum, ac facultatum huiusmodi subreptione, ac prætextu, Decretum Sanctitatis suæ irritum reddatur; Nunc denuò districtè præcipit, ac mandat omnibus Ge-

neralibus, Provincialibus, Commissarijs, Ministris, Praedicatoribus, Abbatibus, Prioribus, & Guardianis, quibusque, ceterisque Superioribus Conventuum, Monasteriorum, ac Domorum quocumque nomine appellentur, intra Italia, & Insularum adjacentium fines existentium, quorumcumque Ordinum Mendicantium, & non Mendicantium exceptis tamen Carthusianorum, Fratrum Minorum de strictiori observantia, necnon Capuccinorum S. Francisci, Reformatorum S. Dominici, Discalceatorum Ordinis Carmelitarum, necnon Fratrum Congregationis Fulgentis, Cisterciensis Ordinis, ac Eremitarum Eremitae Maldulensis, & Montis Caranz, Clericorum Regularium Theatinarum, Societatis Jesu, Sancti Pauli De Cellis, & aliorum de Somalia, Ministrorum infirmorum, respectivè Ordinibus, Societatibus, seu Congregationibus, nuncupatis, quae etiam antea exceptae, & nunc iterum excipiendi, voluit prohibitionem hanc ad illa nullo modo extendi. Ne sub cuiusvis licentiae, & facultatis impetrata, vel impetranda obtentu, nisi per literas in forma Brevis dumtaxat, & non alias, quemquam ad habitum regularem suscipiendum, nec etiam conversos nisi in Conventibus, Monasterijs, & Domibus, auctoritate ejusdem S. D. N. propediem in unaquaque provincia designandis, recipere, aut receptos ad professionem admittere alio modo audeant. Quinimo contra primam prohibitionem Sanctitatis suae receptos, etiam si imperfectum habitum, aut sine capitulo gerant post praesentis Decreti in Romana Curia publicationem, omnino eijere debeant.

Superiorem autem, qui hujus Decreti transgressor extiterit, ipso facto poenam privationis omnium officiorum, quae tunc obtinebit, vocis activae & passivae, & perpetuae inhabilitatis ad alia impofterum obtinenda, eo ipso incurrere voluit, ac decrevit, & alius etiam poenis arbitrio Sanctitatis suae imponendis subjacere.

Receptiones vero, & professiones quaslibet eorum, qui contra hujusmodi Decretum admisi fuerint, nullas, & irritas esse ad quemcumque effectum, ex nunc decernit, & declarat.

Hoc autem decretum noluit Sanctitas sua eos Ordines comprehendere, qui Conventus, Domos, & Monasteria à se probata pro Novitiorum receptione, & educatione, hac tenus permissione sua constituerint.

Ceteras vero licentias, sive particulares, quae in hanc diem effectum non sunt sortitae, revocat, & annullat.

Vult autem Decretum suum in solitis locis Urbis publicatum ita praedictorum singulos afficere, ac si cuilibet personaliter fuisset intimatum, privilegijs, statutis, & constitutionibus quibuscumque in contrarium minime obstantibus.

Dat. Romae apud S. Marcum, die 20. Mensis Junij 1599.

Decretum pro reformatione Regularium, tam Monachorum, quam Mendicantium, cuiusmodi Ordinis, & Instituti.

CLEMENS PAPA VIII.

Nullis omnino praetextu, & iusculumque privilegij, vel Superioritatis, etiam Genera-

latus, à servitio Chori censeatur immunis, nisi pro tempore quo quis in proprijs officijs munere actu fuerit occupatus. Cum Lectoris autem, & Praedicatoribus Superiores ijs tantum diebus, quibus eos legere, aut praedicare contigerit, dispensare possint; Idem quoque praestare valeant cum aegrotis, & studiorum causa legitime impeditis. In eos vero, qui negligentes, aut inobedientes fuerint, saltem poenitentia Superiores animadvertant ad praescriptum Regulae, & Constitutionis, alimendi etiam, si opus fuerit, subtractione. Lectio Sacrae Scripturae, vel Casuum conscientiae bis in hebdomada praescriptis diebus in singulis Monasterijs, & Conventibus habeatur, ad quam Fratres omnes conveniant, & aequè absolute, mutua collatione circa explicatam doctrinam sese utiliter exercent.

Quod Tridentini Concilij Decreta de paupertatis voto custodiendo fidelius observentur, Praecipitur, ut nullus ex fratribus, etiam si Superior sit, bona immobilia, vel mobilia, aut pecuniam, proventus, census, elemosinas, sive ex concionibus, sive ex lectionibus, aut promissis, tam in propria Ecclesia, quam ubicumque celebrandis, aliòve ipsorum iusto labore, & causa & quocumque nomine acquisita, etiam si subsidia consanguineorum, aut piorum largitiones, legata, aut donationes fuerint, tanquam propria, aut etiam nomine Conventus possidere possit; sed ea omnia statim Superiori tradantur, & Conventui incorporentur, atque cum ceteris illius bonis, redditibus, & pecunijs, ac proventibus confundantur, quo communis inde victus, & vestitus omnibus suppeditari possit.

Neque Superioribus, quicumque illi sint, ullo pacto liceat eidem fratribus, aut eorum alicui bona stabilia, etiam ad usum fructum, vel usum, administrationem, aut commodam, etiam depositi, aut custodiz nomine concedere.

Eorum vero, quae ad necessitatem concessa erant, nullus quicumque possideat, ut proprium, neque ut proprio utatur.

Qui in praemissorum aliquo deliquerit, poenas, nedum à Concilio Tridentino praescriptas; sed alias quoque multo graviore, Superiorum arbitrio imponendas, incurrat.

Nulla quorumcumque superiorum dispensatio, nulla licentia, quantum ad bona immobilia, vel mobilia fratres excusare possit, quo minus culpa, & poena ab ejusdem Concilij Decretis imposita, & ipso facto incurrere obnoxij sint, etiam si superiores assueverint hujusmodi dispensationes, aut licentias concedere posse, quibus in ea re fidem minime adhiberi volumus.

Fratrum vestitus, & suppellex cellarum ex communi pecunia comparatur, & omnino uniformis sit fratribus, & quorumcumque Superiorum, statuique paupertatis, quam professi sunt, conveniatis ita ut nihil superflui admittatur; nihil etiam, quod sit necessarium alicui denegetur.

Quicumque fratrum velles, sive lanax, sive lineae, omniisque alia suppellex in aliquem commodum Conventus locum deferantur, ibique ab uno, vel duobus fratribus huic muneri deputatis diligenter custodiantur, ut inde superioris arbitrio, prout unicuique opus fuerit, subministrari opportune possint.

Omnis etiam superiores, quicumque illi sint, eodem pane, eodemque voto, eodemque obsonio, sive eadem

eadem (ut ajunt) pitantia, in communi mensa prima, vel secunda, nisi infirmitatis causa impediti fuerint, vescantur, neque singulare aliquid, quo privatim quisque in cibum utatur, ullo modo afferri possit, si quis in ea peccaverit, nihil ea die alimenti percipiat, nisi panem, & aquam.

Superiores omnes, etiam Generales, qui redditus, aut praestaciones peculiares rationes officiorum habent, eorum accepta, & expensa in libro distincto fideliter, & diligenter adnotari curent, neque in alios usus, quam ratione officij sui necessarios, quicumque expeant. Cum vero contigerit ipsos in aliquo conventu commorari, eam pecuniam quantitate in commune conferat, ex qua sibi, & ijs, qui secum erunt, victus ad praescriptum Regulae, & Constitutionis suppeditetur.

Nullus ex Superioribus locorum, administrationem bonorum, aut aliarum rerum dispensationemque pecuniarum, & reddituum sui conventus, etiam nomine conventus per septem habere, sive exercere possit; sed universum id onus tribus fratribus ejusdem conventus à Generali ita demandetur, ut unus rerum, & bonorum, reddituumque colligendorum, ac exigendorum curam habeat; alter tanquam depositarius, pecunias, ac cetera ab illo collecta, & exacta fideliter asservet; alius de pecunijs, & rebus à Depositario acceptis Priori, & Fratribus, ac Conventui universo de necessarijs, mandante tamen ipso Priore, non secundum proprium affectum, sed juxta charitatis regulam, veluti bonus dispensator provideat, officiorum hujusmodi confusione penitus interdicta.

Ceterum hi tres tam impendi, quam accepti singulis mensibus Superiori locali, adhibitis etiam duobus, vel tribus fratribus ejusdem conventus probatoribus, rerumque usul peritis, rationem reddant. Deinde ipsi metum rursus, praesentibus Priore, & peritis praedictis, Generali, cuius adventum denique ipse Generalis, in quolibet proximo Capitulo Generali saltem coram tribus iudicibus, ab ipso Capitulo ad hoc constitutis, illorum omnium, universarumque suae administrationis tam publicae, quam privatae rationem reddere teneatur, cuius etiam exemplum authenticum ex actis Capituli describatur, ad hoc, ut ad omne mandatum nostrum, vel Sedis Apostolicae Romae transmitti possit.

In unoquoque conventu, fratrum is tantum deinceps constituantur, & impofterum retineantur numerus, qui ex redditibus illius proprijs, vel ex communibus consuetis, vel etiam singulorum elemosynis, quibuscumque obventionibus in commune [ut praeteritur] conferendis commode possit sustentari: redditus vero, & supradicta omnia in communi loco, ac tuto diligenter asserventur.

Superioribus autem, ne Concilii Tridentini, aut hae nostra Decreta declarare, interpretari, aut relaxare ullo modo possint, omnino interdicimus, & prohibemus, decernentes irritum, &c. Si quis autem contra praesumpserit attentare, is eo ipso omni gradu, officioque privatus, & ad ea perpetuo inhabilis exiit.

Nullus nisi actu legat, vel praedictet, aliquo sui gradus privilegio gaudeat.

Si alicui ex necessaria causa, Generalis iudicio probanda, locus ex eodem Ordine, qui illi ministrat, concedendus erit, is nisi vigesimum quintum

agat annum, & qui communi servitio sit deputatus, non concedatur, & si commode fieri possit, sit laicus conversus.

Ut omnis scandalorum, & vagationis occasio tollatur, Conventus clausura perpetua, ac diligenter servetur, ac propterea à Superiore janitor constituitur, qui diligentia, ac morum integritate maxime commendetur: is janua custodiendae semper assilat, eamque nemini fratrum aperiat, nisi socium, & excundi licentiam obtinuerit.

Nullus à Conventu egredi audeat, nisi ex causa & cum socio, licentiaque singulis vicibus impetrata, ac benedictione accepta à Superiore, qui non alter eam concedat, nisi causa probata, sociumque exituro adjungat, non petentis rogatu, sed arbitrio suo, neque eundem seipsum. Licentiae vero generalis excundi, nulli omnino concedantur.

Contravenientes autem poena gravi, etiam carceris ad Superioris arbitrium plectantur, eandem etiam janitor fubeat, si sciens excundi facultatem fecerit.

Cum autem quis in Conventum revertitur, Superiorem iterum audit, benedictionem recepturus, qui à socio itineris rationem, & quid rei actum sit, diligenter perquirat.

Nullos fratres Romae venire Superiores permittant, nisi prius à Generali, vel Protectore dumtaxat licentiam in scriptis impetraverint.

Si quis autem sine hujusmodi facultate Romae venire praesumpserit, voce activa, vel passiva biennio privatus existat, subituro etiam alias arbitrata Superiorum intelligendas poenas. Quae item omnia adversus eos, qui supradictos admiserint, & receperint, sine ulla exceptione locum habeant.

Habeat Superior clavem ita fabricatam, ut cum sibi videbitur cellas omnes relevare possit, & propterea nullus cellam, etiam non ita claudat, quin semper à Superiore possit aperiri.

In medio Dormitorij totam noctem lampas coluceat.

Nullus etiam Superior cellas sive in claustris, sive alibi separatas à communi dormitorio habeat, nisi quilibet unica cella, eandem cum ceteris aliorum fratrum conjuncta, nudis omnino parietibus, ac lecto, & mensa humilibus, uniformique suppellectili (ut praeteritur) quemadmodum religiosus decet, contentus sit: possit tamen generalis alicui ex Superioribus conventum, si eorum munus, & officij necessitatem id exigere cognoverit, alteram etiam cellam concedere.

Cellae sive adiculae quae extra dormitorium separatae sunt, ad officinas, aut alias ad commune usum, & commoditatem conventus redigantur.

Sigillatim suo quisque lecto cubet, neque ulli duo in eodem lecto dormire possint, qui omnes ad certam formam redigendi erunt.

In privatis cellis nulli camini permittantur: sed omnes obstruantur statim, & cardinibus etiam è parietibus convulsis, ut res illa non ad tempus facta, sed perpetua duratura videatur, cellis tamen Generalis aut alterius Superioris ac Praedicatoris exceptis.

Conventus fenestrae omnes, quae in vias publicas, aut in vicinas laicorum aedes perspicunt, muro ita obstruantur, ut omnino ijs prospectus impediatur.

Valetudinarium in singulis conventibus certo, ac salubriori loco constituitur, quod pro loci situ

ac fratrum numero, quoad fieri poterit, commodissimum esse possit, in quo fratres omnes, cum exprobatum, curentur, nec inde nisi recuperata sanitate abire permittantur. Qui vero infirmorum curam praepositi sunt, omni sedulitate, ac charitate operam suam praestabant, ac curabunt ne quid exprobris omnino desit quod ad sanitatem recuperandam pertineat.

32 Incur ratio, qua, sublati licentij, ac facultatibus haecenus quibuscumque concessis, degentes extra Conventus claustra, ad ea quamprimum revocentur, nec de cetero, nisi ex gravissima causa à Sede Apostolica probanda, hujusmodi facultates concedi possint.

33 Nulli impostum ad habitum, aut professionem admittantur, nisi in Conventibus per Sedem Apostolicam in qualibet provincia deputandis.

34 Curent Superiores, ut constitutio interdicens largitiones inuicem, & praescribens hospitalitatis formam ab omnibus in quolibet Conventu inviolabiliter observetur.

35 Ut omnis officiorum ambitus occaso pracludatur, caveant, omnes à directa, vel indirecta vocatione, seu fructuorum procuracione, tam pro se ipsis, quam pro alijs, tum in Capitulis locorum, tum in ceteris praesertim Generalibus Capitulis, aut Congregationibus, seu alibi. Quicumque secus fecerint, praeter alias poenas, & censuras haecenus contra hujusmodi ambientes inflatas, quas in suo robore permanere volumus, in poenam privationis officiorum, quae obtinent, eo ipso incidant, & ad futura quaecumque pariter inhabiles habeantur, super quo cum eis dispensari à nemine possit, nisi à Nobis, vel Successoribus nostris, & pro qualitate culparum gravius etiam pleantur. Porro supradictas omnes poenas ad complices, ac simpliciter scientes, & non revelantes extendimus.

36 In Superiorum, & Officialium omnium electionibus forma praescripta à Sacro Conc. Triid. & Ordinis constitutionibus inviolabiliter servetur, jurentque Electores secundum veritatem cuiusque conscientiae probiores, ac magis idoneos electuros, ac propterea priusquam ad electionem deveniant, in primis & ante omnia praestentur constitutiones de qualitate, & requisitis eligendorum. Ad officia, gradus, & Praeaturas illi praecipue eligantur, qui possint, & consueverint regulas Ordinis, & Constitutiones observare, praesertim quae pertinent ad servitium Chori, ac veltitiam, ac victum communem.

37 Eligantur in Capitulo Generali, vel Provinciali aliquot graves, & periti ex fratribus cuiuslibet provinciae, saltem tres, qui admittendos ad praedicationem verbi Dei, vel ad audiendas confessiones etiam ipsorum fratrum, ac Lectores publicos diligenter simul examinent, priusquam probentur, & ad hujusmodi ministeria admittantur. Horum etiam curae sit examinare, & probare, tam quoad doctrinam, quam quoad mores, promovendos ad quoscumque Ordines, in quo servetur decretum Congregationis interpretum sacri Concilij Tridentini, hac de causa nuper editum, & promulgatum.

38 Illud porro Superiores omnes in Domino admonemus, ut memores sint rationis quam in novissimo die reddiduri sunt pro grege sibi commisso, ac propterea omni studio invigilent, ut quae

in eorumdem Ordinum Regulis, & Constitutionibus de oratione mentali, silentio, jejunijs, capitulo culparum, aliisque spiritualibus exercitijs prudenter, ac pie sancita sunt, ea omnia, & singula ad unguem observentur, intelligantque super his veluti fundamentis omnium Religionum aedificia construenda, & amplianda esse, quae ut faciliorem exitum fortiantur, & fructus uberiores in animis fratrum producant, valde opportunum erit, si in quolibet Conventu, singulis hebdomadis habeatur sermo de religiosa disciplina, regularique observantia.

39 Quo vero omnia ordinatè peragantur, appendatur tabella in loco conspicuo uniuscujusque Conventus, in qua distinctè adnotetur quid singulis horis cuiusque diei quilibet frater praestare debeat, ut certo quoque signo praemonitus, majore animi preparatione suo muneri satisfacere possit. Quae Ordinis Constitutiones, his Decretis non adversantur, in violatè custodiende erunt.

40 Quibus horum Decretorum Capitibus certa poena praescripta non est, arbitrio Generalis, vel alterius immedijati Superioris infligatur. Ut autem haec Decreta (donec alia, quae pleniorè reformationem faciant, edantur) ab omnibus observari possint, distinctè praecipimus Generalibus, ac omnibus alijs quibuscumque Superioribus, ad quos hoc spectat, ut curent, ac efficiant, ea omnia inter alias eorumdem Ordinum Constitutiones perpetuo vulturas redigi, interdicta omnino eorum singulis facultate illas declarandi, & adversus eas unquam dispensandi; alioquin servante in poenam Generalis, & officiorum privationis, ac inhabilitatis perpetuae ad alia quoque munera ipso facto, & sine ulla exceptione respectivè incidisse.

41 Ne verò praetextu dilatationis publicationis eorum observatio, quoquo modo differri possit, aut impediri, volumus, ut post illorum publicationem in Conventu, vel Monasterio cujuslibet Ordinis de Urbe factam, Generalem, alioque Ordinum Superiores, ceterosque quoscumque fratres praesentes, statim reliquos verò absentes citra montes, unius mensis, ultra montes, trium mensium spatio ita ardeant, ac si eorum singulis personaliter intimata fuissent.

42 Insuper mandamus, quod Generalis in singulis Conventibus citra montes, unius mensis, ultra verò montes, trium mensium cursu Decreta supradicta publicari faciant, sub poena privationis Generalis, alijsque arbitrio nostro imponendis. Datum Romae apud Sanctum Petrum die 25. mensis Junij 1599.

Decretum illud, quo Fratres Romani petere cum Generalis, & Protectoris licentia duntaxat permillum est, Sanctitas Sua extendi ad Provinciales decevit, ita ut Provinciales ipse ex causa communi totius provinciae duntaxat facultatem hujusmodi facere valeat, & passivè contrahentibus inflictaam Sanctitati Suae reservatam esse, interdicta omnino eorum Superioribus singulis, etiam Generali, ac Protectori facultate illam moderandi, ac relaxandi. Datum Romae die 20. Martij 1601.

Decretum sel. rec. Clementis Papae VII. super casuum reservatione ab omnibus Regularium Superioribus observandum.

Sanctissimus Dominus noster, qui jam pridem accuratè perpenderit, ac re ipsa comperit quòd reservatio facultatis absolvendi Religiosos poenitentes à peccatis quibusdam gravioribus, nisi Superiores admodum prudenter, ac moderatè illa utantur, nonnullos infirmiores, qui interdum Superiori suo conscientiae maculas detegere formidant, adducere posset in aeternam damnationis periculum, & spiritualis remediij desperationem, ut huic malo Sanctitas Sua opportunè prospiceret, decrevit, ut nemo ex Regularium Superioribus peccatorum absolutiones sibi reservet, exceptis ijs, quae sequuntur, aut omnibus, aut eorum aliquot, prout subditorum utilitati expedire prudenter in Domino judicaverint.

Veneficia, Incantationes, Sortilegia, Apostasia à Religione, sive habitus dimissio, sive retentio, quando eò pervenierit, ut extra septa Monasterij seu Conventus fiat egressio. Nocturna ac furtiva à Conventu, seu Conventu egressio, etiam non animo apostatae faciendae facta.

Proprietates contra votum paupertatis, quae sit peccatum mortale. Juramentum falsum in iudicio regulari, seu legitimo.

Procuratio, auxilium, seu consilium ad abortum faciendum positum animatum factum, etiam effectum non sequuto.

Falsificatio manus, aut sigilli Officialium Monasterij, aut Conventus. Furtum de rebus Monasterij, seu Conventus in ea quantitate, quae sit peccatum mortale.

Lapsus carnis voluntarius opere consummatus. Occisio, aut vulneratio, seu gravis percussio cuiusque personae.

Multisolum impedimentum, aut retardatio, aut apertio literarum à Superioribus ad inferiores, & ab inferioribus ad Superiores.

Si quod aliud praeterea peccatum grave pro Religiosis conservacione, aut pro conscientiae puritate reservandum videbitur, id non aliter fiat, quam Generalis Capituli in toto Ordine, aut Provincialis in provincia, matura discussione, & consensu.

Non liceat Superioribus Regularium confessiones subditorum audire, nisi quando peccatum aliquod reservatum admiserint, aut ipsimet subditi spontè, ac proprio motu id ab eis petierint.

Superiores in singulis domibus reparent duos, tres, aut plures Confessarios, pro subditorum numero majori, vel minori, sive sint docti, prudentes, ac charitate praediti, qui à non reservatis eos absolvant, & quibus etiam reservatorum absolutio committatur, quando casus occurrerit, in quo eam debere committi ipse in primis Confessarius iudicaverit.

Tam Superiores pro tempore existentes, quam Confessarii, quoad Superioritatis gradum fuerint promoti, caveant diligentissimè, ne ea notitia, quam de aliorum peccatis in confessione habuerunt ad exteriorem gubernationem utantur.

Licebit tamen Superioribus determinare poenitentes graves quibusdam peccatis, etiam non reservatis à Confessariis imponendas, quae subditos ab hujusmodi perpetrands cohibere possint.

Atque ita per quoscumque Regularium Superiores, quicumque illi sint, observari mandavit. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac cujusvis Concilij, etiam generalis Decretis, necnon consuetudinibus, etiam immemorabili tempore observatis, aut regulis in generalibus, seu provincialibus Capitulis editis, statutis, & Constitutionibus etiam Apostolica auctoritate confirmatis, privilegijs, indultis, & concessionibus quorumcumque, quorum tenores hic pro expressis haberi voluit, ceterisque in contrarium facientibus quibuscumque. Datum Romae apud S. Petrum die 26. mensis Maij, anno Domini 1593.

Sanctitas Sua deinceps declaravit & declarat, ut si hujusmodi Regularium Confessariis casus alicujus reservati facultatem petentibus Superiori dare noluere, possint nihilominus Confessarii illa vice poenitentes Regulares, etiam non obtemperantes a Superiore facultate, absolvere.

Formula concedendi facultatem pro Novitijs ad regularem habitum recipiendum in Monasterijs, & locis designatis.

Sanctissimus in Christo Pater, & D. N. D. Clemens Divina providentia Papa VIII. cum regularem disciplinam restitueret, atque in pristinum statum revocare maxime cuperet, regularesque omnes, vitam moreque suos ad rationem ejus instituti, quod quisque professus esset, ita componere, ut quae ad votorum vim, habitum, victumque commune pertinent, ea potissimum singulis religiosissimè observarent, generali Decreto, quod de mense Junij editum, tertio Julij anni 1599. promulgatum fuit, Ordinum religiosorum Superioribus, (nonnullis exceptis) prohibuit, ne aut Novitios reciperent, aut quemquam ad professionem ante admitterent, quam à Sanctitate Sua monasteria aliquot ad eam rem praescripta essent, in quibus observantia regularis vigeret. Nunc verò eadem Sanctitas Sua à locorum etiam Ordinarijs, quibus id muneris demandaverat, certior facta, in infra scriptis monasterijs, & Conventibus Ordinis N. praesentium esse numerum dumtaxat eorum, qui vel ipsius monasterij censibus, vel consuetis elemosynis sustentari ibi commode possunt, atque in ijs omnia fideliter observari, quae sunt cum illorum professionis perfectione conjuncta, nempe castitatis, paupertatis, & obedientiae vota, una cum ceteris decretis particularibus, vel instituti ipsius, vel Pontificis etiam ad victum, vestitumque commune spectantibus (ipso Decreto, ut supra, edito, & promulgato, nequaquam obstante) potestatem facit Superiori ejusdem Ordinis Novitios in infra scriptis monasterijs, & Conventibus erigendi, novitios recipiendi, educandi, atque ad professionem admittendi, modo tamen id ad praescriptum institutio- nis ipsius Sanctitatis editum, neque alio modo fiat. Quoniam verò ea est Sanctitatis mens, & voluntas, ut in monasterijs, & Conventibus, ad alendos novitios praesentium, regularis observantia perpetuo retineatur, mandat, & praecipit, ut in ipsis praescriptis jam personarum numerum in postea servetur, nullusque omnino superior cuiusvis conditionis, personarum, & novitiorum numerum augere praesumat, ea poena proposita, ut in omnibus privatus officijs, vocis activae, & passivae